Bibliothèque
ÉMILE B

Catalogue N

Provient de

Livres






DUPLICATA DE LA BIBLIOTHÊQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922

# SICULARUM PLANTARUM

## CENTURIA PRIMA

ANTONINI BIVONA BERNARDI ACCADEMIAE
ECONOMICAE FLORENTINAE SOCII
CORRESP.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

PANORMI
APUD PHILIPPUM BARRAVECCHIA.
M. DCCC. VI.

B5

PRAESTANTIBUS DOCTRINA VIRIS

IN REGIA PANORMITANA UNIVERSITATE

DOCENTIBUS

JOSEPHO PIAZZI ASTRONOMIAM

CANONICO ROSARIO GREGORIO JUS PUBLICUM

SICULUM

DOMINICO SCINA' PHYSICAM

EXPERIMENTALEM

QUI LUMINA ET ORNAMENTA SICILIAE

AUCTOR

HAS PRIMAS EJUS LUCUBRATIONES

D. D. D.

# PRAEFATIO.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

Naturâ pene ipsâ ad Botanices studium ductus, in id maxime operam conferre arbitratus sum ut patrias indigenasque plantas, quod est omnium ingenium ut sua quemque magis delectent, illustrandas explanandasque aggrederer. Itaque, cum illud opus in dies augeri viderem, excerpta quaedam in lucem edere constitui; quorum quidem nunc primam habes *Centuriam*, quam & pleraeque aliae excipient, quae postea in unum collectae *Siculam Floram* constituent.

Siciliam jamdiu multimodis plantarum speciebus uberem esse, et fama testatur, et Paulus Boccone, Franciscus Cupani et An-

AUG 7 - 1923

tonius Bonanni suis editis operibus hanc illi laudem jure optimo tributam confirmarunt. Quae in lucem edidit Boccone, ipsa per se nota sunt: quae reliqui duo, adeo res videtur obstricta difficultatibus, ut hujus loci alienum non putem in eâ re evolvendâ paulum immorari.

Pater Franciscus Cupani tertii ordinis S. Francisci Assisiensis semel et iterum magno labore peragratis omnibus Siciliae plagis, plurimisque novis detectis plantis, quarum nomina amplo catalogo *Horti Catholici* recensuerat, cum jam in eo esset ut *Panphyton Siculum*, quod novem et decem annos sedulo elaboraverat, opus perficeret, adverso Siciliae fato anno 1711. e vita decessit. Neque multo post Catholicae Princeps, qui Botanicis in rebus et aures et judicium praebere poterat, quique elegantiorem hanc Historiae Naturalis par-

tem haud parvo sumptu coluerat et promoverat, occubuit. Illius autem operis complura tabularum centena aere cusa remanserunt; et ut res ipsa fert, sibique quisque facilè persuadere potest, scripta quaedam remansisse necesse est; verum ea quae sint, quisve ea possideat, latet: ego meâ quidem sententiâ censeo, illa esse eadem sexdecim volumina in quarto, quae Franciscus Chiarelli servat accuratè, quaeque septem et decem abhinc annis se in lucem editurum pollicitus est perinde ac si opera essent Vincentii et Antonii Bonanni (*a*). Neque in hanc conjecturam

(*a*) „ e si fecero ammirare le celebri fatiche metodiche de' Sig. Bonanni sù quasi tutti i vegetabili di Sicilia manoscritte in sedici volumi in 4. I meriti e le molte scoverte tanto di Vincenzo Bonanni Padre, che di Antonio suo figlio amendue autori di così insigne opera, esigerebbero in questo luogo particolari encomii. Io ho creduto ben fatto vantandogli nel numero de' miei maggiori non dirne di più, aspettandone un

fortasse non contemnendam temerè lapsus sum. Cum enim mihi ea volumina versandi, quod semel contigit, data est facultas, facile fuit animadvertere, methodum quâ res digestae sunt, eamdem planè esse, quam Cupani in Praefatione *Horti Catholici* se sequuturum praemonuerat, cum de suo Panphyto verba faceret. Caeterum, utcunque se res habeat, earum quas paulo ante Panphyti tabulas commemoravi, perpauca adhuc extant exemplaria post Cupani mortem in lucem edita, quorum unum paucis abhinc annis fortè reper-

più sincero ed imparziale giudizio della gente dotta, quando avrà letto le fatiche degli anzidetti trascritte nell' intero corpo di quella Storia Naturale di Sicilia, che fra breve attese le moltissime fatiche e considerabili spese di D. Giuseppe Chiarelli mio Padre, sará per comparire al Pubblico ben compita in tutto il vasto disegno, che si era da nostri proposto „ V. *Chiarelli* Discorso che serve di Preliminare alla Storia Nat. di Sicilia Palermo 1789.

tum, publicae ut par erat, addictum est utilitati. Hoc exemplar Panormi extat in Regia Biblioteca apud Patres Societatis Jesu, tribus constans voluminibus in 4., quorum primum et secundum Regnum vegetabile majori ex parte respiciunt; tertium, si nonnullas excipias plantas, complectitur plerasque figuras affabrè delineatas plurium animalium, pisces, volatilia, polypos, aliaque id genus.

Vita functo Cupani aliud opus ab Antonio Bonanni confectum in lucem prodidit, quod est collectio 198 tabularum, illudque praedictus Chiarelli ut quartum *Panphyti Siculi* volumen habuit (*a*). Quibus autem rationibus adductus, ego sane non intelligo, quin

(*a*) „ Questa tanto degna opera del Cupani divisa in quattro volumi fù dunque pubblicata in Palermo l' anno 1713. . . . . . , *Chiarelli l.c.*

imo si quae proxima sequuntur attendas, facilè patebit, ejus de hac re judicio acquiescendum non esse.

Pater Cupani Antonio Bonanni Vincentii Filio familiarissimè usus est, eumque in Botanices studio sibi erudiendum susceperat; qui cum esset ingenio plus quam par est, ut levissimè dicam, laudis cupido, tantum abfuit ut Cupani jam vita functo gratum animum praestiterit, quin potius, quas summo studio perficiendas ille curaverat tabulas, hic nullo pene labore suas facere contenderit, nullaeque sibi duxerit religioni ex diruto praeceptoris opere suam sibi laudem comparare. Id ut assequeretur effecit ut, dum sub typis esset Panphyti opus, supersederetur, causam interserens plerasque tabulas parum concinnè effictas easque correctione indigere. Quae causa fuit quamobrem exemplaria tam pauca ad nos per-

venerint. Itaque cum contigisset, quod ei maximè fuerat optatum, ut eas corrigendas tabulas ipse susciperet, parvo tempore elapso 198. tabulas in lucem edidit, alias deprompturus, si ejus consilia mors non abrupisset. Sed has ab ipso editas, easdem esse quas antea Cupani protulerat, paucis vafrè mutatis in iis praecipue quae plantarum nomina respiciunt, nemo est qui non videat. Quae omnia si diligentius animadvertantur fateri necesse est, illud Bonanni opus tantum abesse quin Panphyto quartum veluti volumen adsciscatur, ut potius turpe plagium censendum sit.

Post Cupani & Bonanni tempora, quibus Botanices studium in hac Insula vehementius colebatur, nemo fuit qui in hac Historiae Naturalis provincia aliqua cum laude operam navarit, deque ea re quidquam me-

moriae dignum in lucem protulerit. Nonnulli Horti Botanici, quos homines privati aere proprio posuerunt, labente tempore vel neglecti vel penitus evulsi. Nobis datum est ut his temporibus unum tantummodo cerneremus Panormi positum Regiis opibus amplum sane et magnificum, cujus in definiendis plantis nonnulli errores irrepsere, quos et veritatis amor et liberus meus animus fecerunt, ne tacitos relinquendos putarem, sed operae praetium duxerim aperire.

Hoc monitum velim, methodum quam ego sequutus sum hanc fuisse, ut in recensendis jam cognitis plantis aptiori uterer phrasi specifica, quam vel in Linnaeo repererim vel in recentioribus Botanicis; ubi vero nec satis idonea nec opportuna visa est, novâ usus sum, quam magis rei convenire judicavi. Quod ad Synonomiam spectat satis

habui, citationes necessarias adducere, quae plantae naturam apertè significarent. Cum mihi necesse fuit ab alicujus auctoris sententia discedere, rationes persequutus sum, quae meum animum induxerint. Postremo quod ad novas spectat stirpes, earum novitatem contestari studui easque latioribus descriptionibus illustrare, quin etiam et nonnullarum figuras Fuchsiano modo insculptas prodidi.

Tanto quod susceperim oneri satis ne sim, vereor: aequi rerum aestimatores mihi liquido dabunt, melius esse nonnihil, quam nihil audere.

*Est quoddam prodire tenus si non datur ultra* Horat.

Dabam Panormi die
18. Sept. 1806.

1. Andropogon *hirtum*: culmo ramoso, paniculae spicis conjugatis, calycibus pilosis.

Andropogon hirtum *Sp. pl.* 1482. -- *Savi Due Cent. p.* 205. *cum bona descriptione* -- *Bertoloni Pl. Gen. p.* 135.

Gramen dactylon spicis ab eodem exortu geminis *Bocc. Mus. ſis. p.* 315. *t.* 8. *f.* 1.

Gramen polydiſtachyophoron lanuginosum *Bonan. t.* 5. -- *Cup. Hort. Cath. ſ.* 90. *et Suppl. alt. p.* 33.

Gramen dactylon spicâ geminâ *Scheuchz. Agrost. p.* 95. *exclus. synon.* J. *B. et Bocc. quae ad Ischaemum et distachyon spectant.*

Gramen Dactylon Siculum multiplici paniculâ spicis ab eodem exortu geminis. *Pluk. Alm.* 175. *t.* 92. *f.* 1.

Pedunculi hirti uti et rachis et glumae. Vaginae ad divisiones culmi paulum inflatae. Flores hermaphroditi sessiles, aristati; masculi pedunculati, mutici.

In pascuis sterilibus montosis maritimisque. Panormi *sotto Santu Spiritu*.

2. Agrostis *pungens*: paniculâ coarctatâ muticâ; foliis involutis rigidis subulatis, culmo ramoso repente.

Agrostis pungens *Lam. Dict.* 1. *p.* 59. -- *Poiret It.* 2. *p.* 94. -- *Savi Pis.* 1. *p.* 84. -- *Desf. Atl.* 1. *p.* 68. -- *Cavanil. Ic. t.* 3. -- *Schreb. Gram.* 2. *p.* 46. *t.* 27. *f.* 3.

Agrostis virginica *L. Will. sp.* 1. *p.* 373.

Gramen caninum maritimum spicatum *C. B. Prod.* 2. *Pin.* 1.

Gramen caninum marinum pumilum graminis filicini paniculis in spiculam compactis *Cup. Panph.* 1. *t.* 176. -- Bonan. *t.* 1.

Gramen caninum pumilum spicâ compactâ *Cup. Hort. Cath. p.* 89. *et Suppl. alt. p.* 34.

In arenosis maritimis. Panormi *Jopo Mustazzola*.

3. Allium *album*: umbellâ capsuliferâ, staminibus simplicibus, scapo nudo triquetro, foliis radicalibus lanceolatis carinatis.

Allium album *Santi Viag. al Montam. p.* 352.*tav.*7.-- *Bertol.Pl.Gen.p.*51. -- *Savi Pis.*1.*p.* 340.

Facies sequentis, sed procul ullo dubio species diversa ex scapi triquetri angulis duobus acutis, altero obtuso, petalis albis absque linea dorsali viridi, antheris viridibus, foliis lanceolatis nec valdè carinatis.

In campis. Panormi *dietro S.Francesco di Paola fra li ficu d'Innia di Cannatedda*

4. Allium *triquetrum*: scapo nudo foliisque triquetris, staminibus simplicibus.

Allium triquetrum *Sp.pl.*431. -- *Savi Pis.*1. *p.*346. -- *Bertol.Pl.Gen.p.*51.

Scapus argutè triqueter. Petala alba, dorso linea viridi. Antherae luteae. Folia costâ prominente subtriquetra.

Prope Panormum *alla Grazia*

5. Allium *subhirsutum*: caule planifolio umbellifero, foliis inferioribus hirsutis, staminibus subulatis.

Allium subhirsutum Sp. pl. 424.--Desf. Atl. 1. p.286.

Moly *Matt. Comm.* 544. -- *Camer. Epit.* 498.

Moly angustifolium umbellatum *Cup. Hort. Cath. p.* 146.

Allium saxatile album angustifolium hirsutum *Cup. Panph.* 1. *t.* 2.

Panormi *sul Monte di S. Maria di* Gesu

6. Allium *roseum*: caule planifolio umbellifero, umbellâ fastigiatâ, staminibus simplicibus corollâ brevioribus, petalis emarginatis.

Allium roseum *Sp. pl.* 432. -- *Desf, Atl.* 1. *p.* 287. -- *Poiret It.* 2. *p.* 145. -- *Viviani Fragm. ap. An. Bot. vol.* 1. *part.* 2. *pag.* 165.

Allium caule planifolio umbellifero, umbellâ fastigiatâ filamentis simplicibus basi dilatatis Ger. *Prov. p.* 150.

β Idem *umbellâ bulbiferâ*

Allium carneum *Targ. Tozz. Ist. Bot. ed.* 2. *tom.* 2. *p.* 242. *t.* 6. *f.* 304. -- Bertol. *Pl.* Gen. *p.* 51. -- *Savi Duecent. p.* 87.

Moly angustifolium campanulatum flore roseo nodosum *Cup. Panph.* 2. *t.* 219.

Moly-serpentinum vocatum *Lob. Ic. p.* 190.

Varietas $\beta$ minus frequens.

Reperi in montibus *S. Martini*.

7. Allium *chamaemoli*: scapo nudo subnullo, capsulis cernuis, foliis planis ciliatis.

Allium chamaemoli *Sp. pl.* 433.-- *Desf. Atl.* 1. *p.* 288.--*Cav. Ic.* 3. *t.* 207. *f.* 1. --*Poiret It.* 2. *p* 146.

Chamaemoli an Moly Dioscoridis *Col. Ecphr.* 1. *p.* 326.

Allium acaule seu humi in superficie florens gramineo folio hirsuto *Cup. Panph.* 1. *t.* 242.

Moly humile folio gramineo *Cup. Hort. Cath. p.* 147.

In pascuis sterilioribus. Panormi *fuori Porta Riali*, etiam *alli Cruci*.

8. Arabis *alpina*: foliis amplexicaulibus, dentatis.

Arabis alpina *Sp. Pl.* 928.

Turritis verna *Desf. Atl.* 2. *p.* 92.

Draba alba siliquosa *Cup. Hort. Cath. p.* 66.

Drabae secundae Clusii exactior icon *Cup. Panph.* 1. *t.* 106.

Leucojum vernum perenne album majus *Bonan. t.* 65.

In pascuis montosis elatis. Prope Carenini *sopra Muntagna longa.*

9. Arabis *thaliana*: foliis pilosis subdentatis: radicalibus petiolatis, caule ramoso, siliquis adscendentibus.

Arabis thaliana *Sp.pl.*929.-- *Smith. Brit.*2.*p.* 712.--*Curt.Lond.Ic.* -- *Savi Pis.*2.*p.*105. -- *Pollich Palat.* 2.*p.*243.*t.*4.

Drabula minima alba, foliolis oblongulis, juxta terram in orbiculum compactis *Cup.Hort. Cath.p.*67.

Turritis vulgaris ramosa *Cup.Panph.*2.*t.*141.

In aggeribus, muris et ad vias.

10. Biscutella *raphanifolia*; foliis lyratis, siliculis glabris.

Biscutella raphanifolia *Poiret It.* 2.*p.*198. *Desrousseaux Dict.*3.*p.*619. -- *Desf.Atl.*2.*p.*74.

Thlaspi biscutatum raphani aut Irionis folio *Bocc.Sic.p.*45. *t.*23.-- *Cup.Panph.*1.*t.*194.

Thlaspidium Raphani folio *Bonann. t.*59.

In pratis et pascuis. Panormi *Nel piano della Cursulazioni.*

11. Biscutella *lyrata* : foliis lyratis, siliculis scabris.

Biscutella lyrata Mantis.254. --*Poiret It.*2. *p*.197. --*Desrousseaux* Dict.3.*p*.619.

Herba magnitudine varia. Caules purpurascentes, plerumque supernè, basi interdum etiam ramosi atque foliosi, foliis sessilibus pinnatifidis. Folia caulina superiora brevissima, linearia, ciliata. Siliculae orbiculato-didymae, pilis brevibus costanter hirsutae, quã nota certo certius Linnaeanam speciem hanc esse dignoscitur.

In pratis et pascuis. Panormi *tra la Guadagna, e Santu Spiritu.*

12. Bromus *ligusticus* : paniculá nutante secundá; spiculis linearibus, valvulâ calycinâ alterâ vix conspicuâ, pedicellis clavatis.

Bromus Ligusticus. *All.Fl.Ped.* --*Viviani Fragm.ap.Ann.Bot.p.*145.

Gramen bromoïdes Festuceá tenuique paniculâ minus *Scheuch.Agrost.*296.*t*.6.*f*.13.

Aristae terminales. Glumae interiores setis erectis minutè ciliatae, acutae, bidentatae.

Prope Panormum *alla Grazia* locis gramineis

13. Cardamine *hirsuta*: (*a*) foliis pinnatis extipulatis: foliolis petiolatis; inferioribus subrotundis, superioribus lanceolatis.

Cardamine hirsuta. *Sp.pl.* 915.-- *Curtis Lond.Ic.*--*Santi Viag.al Mont.p.*249.-- *Savi Pis.*2. *p.*96.-- *Bertol.Pl.Gen.p.*78.

Sisymbrium aquaticum alterum *Camer. Epit.*270.

Cardamine sylvestris minor italica *Barr. Ic.* 455.

Herba magnitudine varia, magis vel minus hirsuta, petiolis saltem infernè ciliatis. Flores interdum tetrandri.

In cultis humidis. Panormi *nella Flora*

---

(*a*) Cardamine pratensis *Synopsis Plant.Horti Botanici Accademiae Regiae Panormitanæ*

14. Carex *divulsa*: spicâ elongatâ subdecompositâ, basi subramosâ, spiculis inferioribus remotis, fructibus erectiusculis, margine laeviusculis.

Carex divulsa. *Good. Trans. of. Lin. Soc. 2. p. 160.* -- *Bertol. Pl. Gen. p.* 127. -- *Smith. Brit. 3. p.* 975.

Gramen cyperoides palustre gracile trigonum intervallatà spicâ *Cup. Panph. 2. t. 46.* -- *Hort. Cath. p. 90. et Suppl. alt. p.* 34.

Cyperoides palustre gracile intervallatâ, spicâ *Bonan. t.* 11.

Carex nemorosa, fibrosâ radice, caule exquisitè triangulari, spicâ longâ, divulsâ seu interruptâ, capitulis omnibus solitariis *Mich. Gen. 69. t. 33. f.* 11.

Carex nemorosa, fibrosâ radice, caule exquisitè triangulari, spicâ longâ divulsâ seu interruptâ, capitulis solitariis praeterquam ultimo *Mich. ibid. f.* 10.

In gramineis siccis. Panormi *alla* Grazia.

15. Carex *vulpina*: spicâ supradecompositâ coarctatâ obtusâ, fructibus divergentibus, glumis acuminatis, culmi angulis compressis acutissimis.

Carex vulpina. *Sp. pl.* 1382. -- *Good. loc. cit. p.* 161. -- *Smith Brit. 3. p.* 976. -- *Savi Pis. 2. p.* 323. --

*Leers Herbor. p.* 196. *t.* 14. *f.* 5. -- *Gaertn.* 1. *p.* 12. *tab.* 2. *f.* 6.

Gramen cyperoides palustre majus triqueter spicâ minus compactâ *Cup. Panph.* 2. *t.* 46. -- *Hort. Cath. p.* 90.

Cyperoides palustre majus spicâ compactâ seu Gramen cyperoides palustre triquetrum spicâ integrâ J. B. *Bonan. t.* 11.

Carex palustris major radice fibrosâ caule exquisitè triangulari, spicâ brevi, habitiori, compactâ *Mich. Gen.* 69. *t.* 13. 14.

Ad fossas. Prope Carenim *alli margi*

16. Carex *divisa* : spicâ subdecompositâ spiculis omnibus androgynis, bracteâ foliaceâ erectâ, fructibus adpressis, radice repente.

Carex divisa. *Good. loc. cit. p.* 157. *t.* 19. *f.* 2. *Smith.* Brit. 3. *p.* 973.

Carex hybrida. *Lam.* Dict. 3. *p.* 382.

Carex cuspidata. *Bertol. Pl. Gen. p.* 126.

Gramen cyperoides minus paniculâ parvâ, arundinaceâ radice *Cup. Suppl. alt. p.* 33.

Cyperoides minus paniculâ parvâ arundinaceâ radice *Bon. t.* 130.

Carex alpina minima ; caule trilatero, capitulis in summitate caulis atro fuscis, squamis angustis, capsulis non marginatis in longiusculum collum magis bifidum attenuatis *Mich.Gen.*68.*n.*5.*t.*33.*f.*6. *etiam ex ejusdem Herbario*

In palustribus maritimis, etiam in montosis siccis. Prope Carenim *vicino li margi*

17. Carex *pendula*: vaginis elongatis penduncúlo subaequalibus, spicis cylindricis, longissimis, nutantibus, fructibus confertissimis, ovatis, acutis.

Carex pendula. *Good.loc.cit.p.*168. -- *Curt.* *Lond.Ic.* -- *Smith.*Brit.3.*p.*981. -- Bertol.*pl.* Gen. *p.*129.

Carex maxima. *Savi Pis.*2.*p.*325.--Desf.*Atl.* 2.*p.*338.-- *Lam.*Dict.3.*p.*394.

Cyperoides spicá pendulâ longiore et angustiore *Scheuch.Agrost.p.*445.

Gramen cyperoides palustre, maximum triquetrum spicis longissimis pendulis denticulatis *Cup. Panph.*2.*t.*46.

d

Gramen cyperoides palustre latifolium spicis denticulatis pendulis longilatifolium *Cup. Hort.Cath.p.*90.*et Suppl.alt.p.*34.

Cyperoides palustre latifolium spicis denticulatis pendulis longioribus et angustioribus *Bonan.t.*11.

Gramen cyperoides latifolium typhâ pendulâ longiori *Barr.Ic.*45.

Ad Ripas fossarum.

18. Carex *gynobasis*: vaginis subnullis, spicis foemineis paucifloris, inferiore pedunculatâ radicali, fructibus obovato-triquetris nervosis.

Carex gynobasis *Sehk.Hist.Car.p.*92. *t.* G. *f.*35. -- Berto*l.Pl.*Gen.*p.*131.

Carex alpestris. *All.Ped.*2.*p.*270.

Carex rhyzanta. G*melin Syst.p.*144.

Habitat in montibus *S.Martini*

19. Cnicus *pungens*: (*a*) foliis decurrentibus subtus lanuginosis pinnatifidis spinosis, floribus racemoso-glomeratis, squamis calycinis ovatis spinosis, spinis pungentibus.

Cnicus pungens *L.Wild.*1663.

Carduus paluſtris altiſſimus, lanceato folio, ramoſus, caule folioſo, ſpinoſiſſimus, capitibus compactis *Cup. Hort. Cath. p. 36.*

Carduus paluſtris altiſſimus lanceolatus pycnopolycephalus. *Cup. Panph. 1. t. 166.*

In ſtagnis, et ad fluviorum vel rivulorum margines vulgaris.

---

(a) Carduus paluſtris *Syn. H. R. P.*

20. Colchicum *variegatum*: foliis undulatis patentibus, petalis elliptico-lanceolatis, variegatis.

Colchicum variegatum *Sp. pl.* 485.

Colchicum chionenſe, floribus frittillariae inſtar teſſulatis, foliis undulatis *Moris. Hist. 2. p. 341. Sec. 4. t. 3. f. 4.*

Colchicum commune *Cup. Hort. Cath. p. 54. et Suppl. alt. p. 20.*

Bulbus ſubrotundus magnus ſolidus albus tunicâ fuscâ ſtriatâ tectus, hinc ſulcatus, ſulco ſpatham 1-4floram ſemiamplectenti. Flores ſubradicales, foliis precociores, teſſellis albis purpureiſque pulcherrimè variegati, tubo albo

longo. Antherae versatiles intensè purpureae dissepimento albo. Pollen luteum. Stigmata truncata. Folia et fructus adhuc non vidi.

Reperi in montibus *S. Martini* precipuè *sopra Munti pitrusu*, etiam *sopra S. Maria di Gesu*.

21. Coris *monspeliensis*.

Coris monspeliensis *Sp.pl.* 252.-- *Desf.Atl.* 1. *p.* 185.--*Lam.Illustr.n.* 1996.*t.* 102.--*Savi* Due *cent. p.* 56.

Coris coerulea maritima *Cup. Hort. Cath. p.* 59.

Coris monspeliaca *Lob. Ic.* 402.

Prope Panormum *sopra S.Maria di Gesu*.

22. Coronilla *valentina*: fruticosa, foliolis subnovenis, stipulis suborbiculatis.

Coronilla valentina *Sp.pl.* 1047.

Coronilla stipularis *Lam.Dict.* 2. *p.* 120.

Colutea scorpioides altera minor securidicae folio auriculato *Cup.Panph.* 1.*t.* 41.

In montosis siccis. Panormi *sopra S. Maria di Gesu*.

23. Crepis bursifolia: caule paucifloro subaphyllo, foliis radicalibus pinnatifidis, dentatis, pappo stipitato.

Crepis bursifolia *Sp.pl.*1131. *excl. syn.Cup.*

Hieracium siculum Bursae pastoris folio *Bocc.Mus.p.*147.*t.*106.& 112.

Hieracium Panormitanum Bursae pastoris folio *Cup. Panph.*2.*t.*215.-- *Bonan.t.*139.

Radix fusiformis. Caules 3-5unciales teretes, debiles, pauciflori, adscendentes, simplices vel parum ramosi, lanulâ albâ rarâ deciduâ subtomentosi, deinde ferè glabri. Folia glabra: radicalia petiolata, pinnatifida lobis directione et sitù variis, terminali semper dentato, aliquando ciliata costâ pilosiusculâ; caulina inferiora, si adsunt, sessilia, lanceolata, basi dentato-pinnatifida; superiora linearia, integerrima. Pedunculi terminales, elongati, saepe bracteolati, bracteâ lineari. Flores citrini, parvi, matutini, ligulis apice quinquedentatis, dorso purpurascentibus. Calyx plus minus tomentosus, simplici serie polyphyllus, foliolis

subaequalibus; dein carinatis semina marginalia amplectentibus, margine membranaceo, squamis linearibus, brevibus, appressis. Semina flava, sulcata, angulis scabra. Pappus simplex, stipitatus, oculo armato scaber. Receptaculum favosum.

Floret Julio-Sept.

Panormi *ad vias frequens* solo calcareo

24. Cynosurus *cristatus*: bracteis pinnato-distichis, muticis, spicâ simplici, lineari.

Cynosorus cristatus *Sp. pl.* 105. -- *Schreb. Gram.* 69.*t.*8.*f.*1. -- *Leers Horbor.p.*49. *t.*7.*f.*4. -- *Lam.Illustr.n.* 1092. *t.*47.*f.*1. - *Savi Pis.*1.*p.*110.

Gramen pratense cristatum, seu spicâ cristatâ laevi *Schecz.Agrost.p.* 79.*t.*2.*f.*8.*A.C.*

Gramen spicâ cupressiformi asperâ cristatâ *Cup.Panph.*2.*t.*59.-- *Bonan.t.*4.

Gramen spicâ cupressiformi asperâ *Cup. Hort.Cath.p.*90.

In pascuis vulgaris. Prope Panormum *alla Grazia*.

25. Cyperus distachyos: culmo subtriquetro filifor-

mi, basi monophyllo; spiculis subgeminis sessilibus, involucri foliolo altero brevioribus.

Cyperus distachyos *Wild.Sp.pl.p.272.--All. Auct.48.t.2.f.5.*

Cyperus junciformis *Cav. Ic.n.223. t.204. f.1.-- Desf.Atl.1.p.42.t.7.f.1.--Lam. et Decand.Fl. Franc.v.3.p.144.*

Juncellus Cyperi paniculis binis vel ternis nigris *Cup.Panph.2.t.123.*

Junculus paniculâ duplic.nigrâ *Cup. Hort. Cathp.104.*

In glareosis inundatis.

26. Dianthus *rupicola*: floribus aggregatis, fasciculatis, squamis calycinis imbricatis, brevibus, margine ciliatis; caule suffruticoso.

Caryophyllus sylvestris vulgaris latifolius floribus conglobatis sive copulatis *Cup. Hort. Cath.p.40.*

T.1.Caules suffruticosi a pede ad sesquipedem usque alti, ramosissimi: ramis inferiori parte nudis, annulatis, superiori foliosis, apice multifloris. Folia crassiuscula, lineari-lan-

ceolata, glauca, glabra, integerrima, enervia, basi parum connata. Flores congesti, rosei, odori. Calyx laeviter striatus, basi cinctus squamis numerosis arctè imbricatis, tubo triplo circiter brevioribus, ellipticis, aristatis, margine ciliatis. Petala serrata, ore lineata pubescentia pilis purpurascentibus; ungue albo.

Habitat in fissuris rupium.

27. Dianthus *saxifragus*: floribus solitariis, squamis calycinis binis vel quaternis margine membranaceis, petalis emarginatis, foliis linearibus.

Dianthus saxifragus *Sp. Pl.* 1.413.

Dianthus filiformis *Lam. Fl. fr.* 2. *p.* 537.

Gypsophyla saxifraga *Sp. pl.* 2.584.

Betonica coronaria v. Tunica minima J. *Bauh Hist.* 3. *p.* 337.

Lyhnis pumila caryophyllata, flore rubello, Italis Haemorroidalis Aldrovando *Barr. Ic.* 998.

Caryophyllus minimus procumbens angustissimo folio incarnatus *Cup. Panph.* 2. *t.* 21.

Caryophyllus sylvestris minimus *Cup. Suppl. alt. p.* 16.

In apricis petrosis vel maritimis arenosis.

28. Delphinium *peregrinum*: trigynum; foliis inferioribus multipartitis, obtusis; superioribus simplicibus; corollis heptapetalis; nectariis geminis.

Delphinium peregrinum *Sp. pl.* 749. -- *Desf. Atl.* 1. *p.* 426.

Consolida regalis latifolia parvo flore *C. B. Prod.* 74.

Consolida regalis montana dilutè flore coeruleo *Cup. Panph.* 1. *t.* 118.

Delphinium arvense sive montanum flore dilutè coeruleo. *Bonan. t.* 25.

In arvis et campis precipuè montosis. Panormi *sopra S. Maria di Gesu*

29. Erica *multiflora*: antheris muticis styloque exsertis, corollâ campanulatâ, foliis quinis, floribus axillaribus, pedunculis flore longioribus.

Erica multiflora *Sp. pl.* 503. -- *Savi Duè cent. p.* 96.

Erica foliis corios multiflora *Jo. Bauh. Hist.* 1. *p.* 356.

e

In ericetis *S. Martini*

30. Eryngium *tricuspidatum* : foliis radicalibus cordato-subrotundis, inciso-dentatis, caulinis multipartitis, laciniis linearibus, paleis tricuspidatis.

Eryngium tricuspidatum *Sp. pl.* 337.-- *Desf. Atl.* 1. *p.* 224.

Eryngium *Bocconi Lam. Dict.* 4. *p.* 754.

Eryngium capitulis psyllii ex Sicilia *Bocc. Sic.* 88. *t.* 47.-- *Cup. Panph.* 2. *t.* 202. *Hort. Cath. p.* 70.

In pascuis montosis maritimisque. Prope Panormum *all'Aspra*, *a Sferracavaddu*, *e a lu Caputu*.

31. Euphorbia *dendroides*: (*a*) umbellâ multifidâ bifidâ, involucellis rotundatis, capsulâ glabrâ, caule arboreo.

Euphorbia dendroides *Sp. pl.* 662. ? -- *Lam. Dict.* 2. *p.* 418.--*Desf. Atl.* 1. *p.* 377.

Tithymalus dendroides major et verior *Barrel. Ic.* 910.

---

(*a*) Euphorbia nova Syn. H.R.P.

32. Euphorbia *fruticosa* : (*a*) umbellâ quinquefidâ, bifidâ: involucellis diphyllis, obovatis, primariis secundis; foliis lanceolatis glabris; capsulâ verrucosâ.

Euphorbia spinosa Var. A *Desf. Atl.* 1. *p.* 380. *f.* 101.

Frutex tripedalis et ultra, ramosissimus; ramis di-vel-tricothomis ad amplam paniculam dispositis. Folia in ramulis terminalibus floriferis congesta, uncialia, sparsa, lanceolata, utrinque attenuata, integerrima, mollia, glabra. Umbella ut plurimum quinquefida, radiis bifidis, vix dichotomis, pedunculis axillaribus subjectis subnullis. Involucrum universale foliis ferè conforme. Involucella diphylla, obovata, integerrima: primaria in singulo radio secunda, in exteriorem umbellae partem versa, reliqua per gradus subopposita. Flores lutei. Nectaria mutica, reniformia. Capsula verrucosa, scabra.

Plantae hujus diversos status perpendi facta semper collatione cum Euphorbia spinosa

Lin. ; cui licet proxima ; attamen aliquibus notis constanter distare visa mihi est, praecipuè ramis di-trichotomis, foliis in ramis junioribus tantum sitis, umbellae radiis semel aut bis bifidis, involucellis secundis, obovatis. Malè ergo Icon Florae Atlanticae involucella ovata ac opposita repraesentat. Porro autem quod ad magnitudinem totius plantae spectat, individua plurima tripedalia et ultra locis sterilioribus siccioribusque, nempe in fissuris rupium orta, me vidisse assero.

Habitat cum praecedenti in montibus sterilibus, et ad fissuras rupium. Panormi *sopra Monte Peregrino*.

---

(*a*) Euphorbia dendroides *Syn.H.R.P.*

33. Euphrasia *rigidifolia* : foliis linearibus integerrimis scabris ; floribus racemosis secundis ; staminibus corollâ brevioribus ; antheris hirsutis.

Euphrasia autumnalis purpurea, vermicu-

lato, acuto, sulcato folio, deciduo *Cup. Hort. Cath. p.* 70.

Euphrasia vermiculato folio deciduo *Cup. Panph.* 2. *t.* 15.

Herba pilis brevibus rigidulis appressis tecta. Caules ad sesquipedem usque alti, obtusè tetragoni, purpurascentes, raro lutei, paniculati, ramis oppositis, decussatis, adscendentibus, inferioribus patentioribus. Folia crassiuscula, linearia, opposita, glauca, integerrima, scabra, supernè plana, canaliculata sulco apicem non attingente, dorso striis longitudinalibus laevissimè exarata, costâ prominulà. Flores racemosi, breviter pedicellati, bracteati, solitarii oppositi, decussati, per paria secundi. Bracteae ovato-lanceolatae, fructus calyce breviores. Calyx cylindricus, striatus purpurascens, quadridentatus, dentibus acutis, subaequalibus. Corolla clausa, magnitudine Euphrasiae luteae, e luteo purpurascens, tubo calyce breviore. Labium superius emarginatum, obtusum, convexum, inferius trilobum, lobis subrotundis

integerrimis, medio lateralibus paulo majore, nunc apice emarginato, nunc integro. Stamina inclusa, corollâ breviora. Antherae luteae, hirsutae, hinc bilobae lobis omnibus apice mucronulatis, hinc pilorum fasce inter se connexae. Pollen luteum. Stylus corollâ longior incurvus. Capsula obovata compressa, emarginata, superne villosa, bilocularis, dissepimento valvis contrario, apice transversim dehiscens. Semina 6 - 8. in singulo loculamento ovato-oblonga, longitudinaliter striata.

Floret *Autumno*.

Reperi in Montibus *S. Martini*, et *alla Grazia nel feudo del Salvatore*.

34. Fagonia *cretica*; spinosa, foliis ternatis, foliolis lanceolatis.

Fagonia cretica *Sp.pl.*553. -- *Desf. Atl.*1. *p.* 338. -- *Lam.Illustr.t.*346. -- *Gaert.*2.*p.*153.*t.*11.

Trifolium spinosum *Matth. Com.* 611. -- *Clus.Hist.*2.*p.*242. -- *C.B. Prod.*142.

Reperi *nel Bosco del Cappidderi*.

35. Festuca *elatior*. paniculâ subdiffusá nutante,

ramosissimâ laxâ, spiculis ovato-lanceolatis, acutis, flosculis cylindricis, obsoletè nervosis.

Festuca elatior *Sp.pl.*111. -- *Schreb. Gram.* 34. *t.*2. -- *Leers Herb.*35. *t.*8. *f.*6. -- *Curtis London Ic.* -- *Smith.Brit.*1.*p.*124.--*Lam.Dict.*2.*p.*462.

Festuca pratensis *Lam.Dict.*2.*p.*460.--*Savi Pis.*1.*p.*112.

Festuca loliacea *Lam.Dict.*2.*p.*462.

Gramen arundinaceum locustis viridibus spadiceis, loliaceis, brevius aristatis. *Scheuchz Agrost.p.*266.*t.*5.*f.*18.

Gramen pratense altum paniculatum asperum latifolium paniculâ magnâ, multiplici pendulá. *Cup.*Hort.*Cath.p.*87.

In pascuis montosis.

36. Festuca *phleoides* : paniculâ spiciformi pubescente, flosculis summis submuticis, inferioribus aristatis, glumâ internâ florali bifidâ.

Festuca phleoides *Villars Dauph.* 2. *p.*95. *t.*2.*f.*7.--*Desf.Atl.*1.*p.*90.*t.*23.--Bertol.*pl.Gen.p.*17

Poa phleoides *Lam.Ill.n.*976.

Bromus *trivialis*. *Savi Pis.* 1. *p.* 124. *t.* 2. *f.* 2.

Koeleria phleoides *Pers. Syn. pl. p.* 97.

Gramen typhoides molle *Scheuchz. Agrost.* 246. *t.* 5. *f.* 5.

Gramen alopecurum viridi et molli spicâ *Barr. Ic.* 123. *f.* 1.

In campis & ad muros frequens.

37. Fontinalis *antypiretica*: foliis complicato-carinatis, trifariis, acutis, perichaetii foliolis obtusis, operculo subulato.

Fontinalis antipyretica *Sp. pl.* 1571. -- *Hedw. Sp. Musc.* 298. -- *Savi Pis.* 2. *p.* 413. -- *Lam. Illustr. t.* 873.

*Fontinalis triangularis major complicata, e foliorum alis capsulifera. Dill. Musc.* 254. *t.* 33. *f.* 1.

Muscus squamosus foliis acutissimis in aquis nascens. *Vaill. Paris. t.* 33. *f.* 5.

Muscus denticulatus aquaticus spicatus ramosus. *Cup. Suppl. p.* 249. & *Panph.* 1. *t.* 147. -- *Bonan. t.* 94.

Habitat in flumine *Oreto*.

38. Geranium *sanguineum*: pedunculis unifloris; foliis quinquepartitis trifidis rotundatis; capsulis apice setosis.

Geranium sanguineum. *Sp.pl.* 958. *var.α.*-- *Smith* Br.*t.*2. *p.*738.*var.* *α.*-- *Bertol.Pl.Gen.p.*82. -- *Savi Pis.*2.*p.*111. -- *Cav.Ger.t.*91.*f.*1.

Geranium folio ex viridi fusco rotundo; Delphynii prodeuntis incisuris, Geranii bulbosi flore *Cup.Panph.*2.*t.*167.--*Hort.Cath.p.*83.

In montosis petrosis.

39. Geranium *lucidum*: pedunculis bifloris; foliis quinquelobis rotundatis; calycibus transversè corrugatis; capsulis multicarinatis.

Geranium lucidum *Sp.pl.*955.--*Smith Brit.* 2.*p.*733. --*Savi Due cent.p.*119. --*Cav.Ger. t.*80. *f.*2.--*Desf.Atl.*2.*p.*104.--J.*Bauh. Hist.*3.*p.*481.

Geranium rotundifolium saxatile montanum *Col.Ecphr.*1.*t.*137.

Geranium annuum rotundifolium montanum, saxatile, lucidum *Cup.* Hor*t. Cath.p.*83.

Reperi prope Carenim *nel Bosco della Cirasla.*

40. Geranium *rominum* : scapis radicalibus erectis multifloris; petalis integris aequalibus; foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis.

Geranium romanum *Sp.pl.*951. -- *Desf.Atl.* 2.*p.*105.-- *Cav.*Ger.*t.*94.*f.*2.

Geranium myrrhinum tenuifolium, amplo flore purpureo. *Barrel.Ic.*1245.

In pascuis apricis frequens.

41. Hesperis *verna* : caule erecto ramoso; foliis serratis hirsutis: radicalibus obovatis, caulinis sessilibus amplexicaulibus.

Hesperis verna *Sp.pl.* 928. -- *Desf. Atl.* 2. *p.*90.

Draba alpina siliquosa minor purpurea, folio subrotundo aspero serrato *Cup. Panph.*2.*t.* 243. *et Hort.Cath.p.*66.

Hesperis alpina aspera oblongo subrotundo folio flore purpureo *Bonan. t.* 64.

Habitat in montibus *S.Martini*.

42. Hyoseris *scabra* : scapis unifloris incrassatis ventricosis; foliis pinnatifidis dentatis.

Hyoseris scabra *Sp.pl.*1138. -- *Desf. Atl.*2. *p.*332.

Hieracium Tragoponi foliis *Bocc. Mus. t.* 106.

Dens Leonis minor crispus flore parvo inexpanso, crassis cauliculis *Cup. Hort. Cath. p.*66. *et Panph.*1. *t.*147.-- *Bonan.t.*94.

In arvis, et pascuis.

43. Inula *montana*: foliis lanceolatis hirsutis subintegerrimis; caule unifloro; calyce imbricato.

Inula montana *Sp.pl.*1241. -- *Savi Due Cent.p.*179.

Aster montanus *All. Ped. n.*706.

Aster montanus hirsutus *Lob.Ic.*350.*et Advers.p* 148.*f.*2.

Aster angustifolius luteus J. *Bauh. Hist.* 2. *p.*1046.

Aster montanus angustifolius luteus *Cup. Suppl.alt.p.*11.

Herba pilis longis mollibus appressis hirsuta. Calycis squamae exteriores per ordinem breviores ac latiores, basi pallidae.

f 2

Reperi in montibus *S.Martini*.

44. Inula *odora*: foliis hirsutis denticulatis: radicalibus ovato-oblongis, caulinis lanceolatis amplexicaulibus; caule paucifloro.

Inula odora *Sp.pl.* 1236. -- *Savi Due Cent. p.*179.

Aster odorus *All.Ped.n.*713.

Asteris altera species apula an Baccharis *Col.Ecphr.*1.*p.*251.*t.*253.

Baccharis minor Italica flore Asteris luteo *Barr.Ic.*1145.

Aster luteus radice odora *Cup.* Hor*t.Cath. p.*26.

Reperi in montibus *S.Martini*.

45. Iris *alata*: (*a*) acaulis; corollis imberbibus, petalis interioribus minimis patentissimis; foliis carinatis; tubo longissimo.

Iris alata Poiret *It.*2.*p.*86. -- *Lam.* Di*c*.3. *p.* 302.

Iris scorpioides D*esf.Atl.*1.*p.*40.*f.*6.

Iris humilis oporina Narcissi Jacobaei fo-

lio coerulea odora Asphodeli radice. *Cup.Hort. Cath.p.*103.& *Suppl.alt.p.*42.

Iris autumnalis humilis purpurea Asphodeli radice *Cup.Panph.*2.*t.*230. -- Bo*nan.t.*18.

Habitat in pascuis sterilibus et ad rupes.

---

(*a*) Iris verna *Syn.*H.*R.P.*

46. Lamarckia *aurea*.

Lamarckia aurea. *Moench.Meth.*201.--*Lam.* *et* Dec. *Fl.Fr.*3.*p.*30.

Cynosurus aureus *Sp.pl.*107. -- Des*f.Atl.*1. *p.*83.-- Be*rt.Pl.*Ge*n.p.*16.

Chrysurus cynosuroides *Pers.Syn.Pl.p.*30.

Gramen paniculâ pendulâ aureâ *Scheuchz. Agrost.p.*139.*t.*13.*f.*12. A.

Gramen sciurum seu alopecurum minus heteromallâ paniculâ *Barr.Ic.*4.

Gramen polyglumum denticulatum *Cup. Panph.*2.*t.*74.-- B*onan.t.*6.

Gramen paniculâ pendulâ aureâ vel candidâ glumis longis denticulatis *Cup. Hort.Cath. p.*89.*et Suppl.alt.p.*33.

Ad muros et rupes

47. Leuzea *conifera*.

Leuzea conifera *Lam.et Decand.Fl.Franc.*4. *p.*109.

Centaurea conifera *Sp.pl.* 1294. -- *Desf. Atl.*2.*p.*295.

Jacea montana capite magno Strobili *J. Bauh. Hist.*3.*p.*30.

Jacea montana, incana, capite Pyni *Cup. Hort.Cath.p.*101.

Stoebe pynea amplo capite *Barr.Ic.*138.

Chamaeleon non aculeatus *Lob. Ic.*2.*p.*7. *et Advers.p.*367.

In montibus *S.Martini*.

48. Lichen *decipiens*: crustaceus: squamulis distinctis supernè rubentibus albo-marginatis, junioribus concavis; scutellis atris marginalibus.

Lichen decipiens *Hedw.St.Crytp.*2. *p.*7.*t.*1. *f.B.*

Psora decipiens *Lam.& Dec. Fl.Franc.* 2.*p.* 369.

Lichen elveloides *Jacq.Coll.*3.*p.*108.*n*3.*f.*3.

Lichen dispermus *Vill.Dauph.*3.*p.*994.*t.*55.

Frequens circa Panormum supra terram.

49. Lichen *fulgens*: crustaceus: fronde pulverulentâ citrinâ margine inciso-crenatâ; scutellis badiis.

Placodium fulgens *Lam.et Dec.Fl.Franc.*2. *p.*378.

Lichen citrinus *Hedvv. Crypt.*2.*p.*60.*t.*20. *f.*C.

Lichen friabilis *Vill.Dauph.*3.*p.*979.*t.*55.

Habitat in montibus *S. Martini* supra terram.

Amicissimus meus Pater Joachim Russo Cassinensis Botanices Siculae assiduus cultor communicavit.

50. Lichen *crassus*: crustaceo-foliaceus: squamis imbricatis, obtusè lobatis, undulatis, supernè pallidè viridantibus margine albo; scutellis rufis.

Squamaria crassa *Lam.et Dec.Fl.Franc.*2. *p.*375.

Lichen laqueatus *Wulf. ap.* Jacq. *Coll.* 3.*p.* 109.*t.*5.*f.*2.

Lichen coespitosus *Vill.Dauph.* 3.*p.*976.*t.*55.

Lichen cartilagineus *Lam.* Dict.3.*p.*480.

Lichenoides cartilagineum scutellis fulvis planis D*ill.*M*usc.p.*179.*t.*24.*f.*74.

Circa Panormum supra terram.

51. Lichen *acetabulum*: foliaceus repens lobatus viridis; scutellis testaceo-ferrugineis concavis extus rugosis folio concoloribus.

Lichen acetabulum *Wulf.ap.* Jacq. C*oll.*3.*p.* 115.*t.*9.*f.*1.

Imbricaria acetabulum *Lam.et* Dec. *Fl.Fr.* 2.*p.*392.

Lichen corrugatus *Smith Trans. of.the lin. soc.vol.*1.*n.*8.

Lichenoides acetabulis cutaneis et rugosis D*ill.Musc.*185.*t.*24.*f.*79.

Lichen pulmonarius, infernè obscurus, desuper e glauco subvirescens, receptaculis florum amplioribus ac densioribus atro-fuscis *Mich. Gen.*90.*Ord.*20.*n.*4.*t.*48.*f.*2.

Lichen pulmonarius arboreus e cinereo viridis *Vaill.Bot.t.*21.*f.*13.

In montibus *S. Martini* ad quercuum cortices.

Misit P. Russo

52. Lichen *scrobiculatus*: foliaceus repens lobatus lobis rotundatis, supernè scrobiculatus verrucosus, infernè villosus, scutellis sparsis rubeis.

Lichen scrobiculatus *Scop.Carn.*2. *n.*1391.

Lichen verrucosus *Vulf. ap. Jacq. Coll.*4. *p.* 278.*t.*18.*f.*2.

Lobaria scrobiculata *Lam.et* Dec. *Fl.Fran.* 2.*p.*402.

Lichen pulmonarius arboribus adnascens infernè obscurus, desuper lacunosus ex glauco et cinero flavescens, reptaculis florum rubeis *Mich.Gen.*90*Ord.*21.*t.*49.

Lichenoides pulmoneum villosum, superficie scrobiculatâ et peltatâ *Dill. Musc.* 216. t. 29.*f.*114.

Prope Carenim *nel bosco della Cirasla* ad arbores quercuum.

53. Lichen *pseudo-pulmonarius*: foliaceus repens lobatus, lobis sinuatis, supra reticulato-lacunosus, subtus villosus; scutellis sparsis marginatis.

Lobaria pulmonaria β *Lam. et* Dec.*Fl.Fr.* 2.*p*.402.

Muscus arboreus pulmonarius supra virescens, subtus canus polyschides? *Cup*.Hort.C*ath.* *Suppl.p*.249.

Foliaceo-coriaceus, repens, latè expansus; in lacinias sinuatas partitus, superficie superiore reticulatâ, lacunosâ, viridi, glabrâ, inferiore, demtis tumoribus, lanuginosâ, villis rufis, centrum versus nigrescentibus. Scutellae numerosae, sessiles, sparsae, marginatae, margine crenulato, supra fuscae, subtus et margine rufae.

Prope Carenim *nel bosco della Cirasia* ad cortices quercuum.

54. Linaria *pilosa*: pilosisima; foliis alternis reniformibus crenato-lobatis; caulibus procumbentibus.

Linaria pilosa *Lam. et Decad. Fl. franc.* 3. *p.* 584.

Antirrhinum pilosum *Mant.* 249.

Linaria saxatilis, hirsuta, Hederulae folio, clematites, sive Cymbalaria hirsuta saxatilis *Cup. Hort. Cath. p.* 114.

Cymbalaria vel linaria, clematites, saxatilis, rotundo Hederae folio, hirsuta, purpurea *Cup. Panph.* 1, *t.* 214.

Linaria clematites, saxatilis, rotundo Hederae folio, hirsuta, purpurea, cymbalaria dicta *Bonan. t.* 24.

In montibus *S. Martini*.

55. Linaria *reflexa*: foliis ovatis glabris: inferioribus subternis, superioribus alternis; pedunculis fructiferis elongatis reflexis.

Linaria reflexa *Desf. Atl.* 2. *p.* 42. -- *Lam. et Decand. Fl. Franc.* 3. *p.* 585.

Antirrhinum reflexum *Sp. pl.* 857. -- *Poiret It.* 2. *p.* 191. *var. fl. albo*.

Linaria myrsinites flore candido sulphureo

rictu croceo *Cup.Panph.*2.*t.*15.*et* Hor*t.Cath.p.*114.

In campis frequens.

66. Linaria *arvensis*: caule erecto; foliis linearibus: inferioribus quaternis; calycibus piloso-viscidis; bracteis deflexis.

Linaria arvensis *var.* A *Desf. Atl.*2. *p.*45.--*p.* 588.

Linaria simplex *Lam.et Decand.Fl.Franc.*3.

Antirrhinum simplex *Wild.Sp.*3.*p.*243.

Antirrhinum arvense, var. γ *Sp.pl.*855.

Linaria tetraphylla lutea *Col. Ecphr.* 1. *p.* 299.*t.*300.

Linaria oreades lutea parva brevi calcari, Lini folio glauco *Cup. Panph.*2.*t.*159.

Linaria quadrif.lutea *Cup.Hort.Cath.p.*114.

Habitat in arvis.

57. Linaria *purpurea*: caule erecto, foliis lineari-lanceolatis, corollis purpureis.

Antirrhinum purpureum *Mant.* 416.

Linaria alpina, flore parvo, purpureo, Tithymali cyparissi foliis *Cup. Panph.* 2. *t.* 79.*et Hort.Cath.p.*113.

Habitat in montibus. . .

58. Lobelia *tenella*: scapis unifloris bracteatis; foliis radicalibus ovatis subintegerrimis.

Lobelia laurentia var. *β Sp.pl.* 1321.

Lobelia minuta *Lam.et Dec.Fl.Fr.3.p.716.*

Rapunculus aquaticus minimus &c. *Bocc. Mus.p.35.t.27.fig.minor.*

Rapunculus minimus Bellidis minimae folio tenui, flore coeruleo tricuspidato albâ maculâ insignito *Cup.Hort.Cath.p.189.*

T. 2. Parva atque tenera planta. Radix perennis, fibrosa, repens. Folia omnia radicalia, in rosulas disposita, petiolata, elliptica vel ovata, glabra, laevissime emarginata, margine subdentato-repanda, nonnunquam integerrima. Scapi radicales, debiles, simplices, uniflori, medium versus bibracteati, bracteolis linearibus, brevibus, alternis vel oppositis. Calix quinquefidus, tubo corollae brevior. Corolla bilabiata dilutè violacea, intus pilosa albâque maculâ notata, ore luteo. Labium superius bifidum laciniis lineari-lanceolatis, inferius trifidum laciniis ovatis ob-

tusis cum appendicula. Antherae fuscae in tubum coalitae. Stigma pubescens. Capsula infera, bilocularis, loculis polyspermis.

Habitat ad margines fluminis *Oreti*.

Nimis affinis sed satis distincta a Lobelia minuta Lin., quae scapis nudis aliquando bifloris gaudet. Nunquam vero confundi potest cum Lobelia laurentia. Hujus enim praecipuè caulis ramosus.

59. Lotus *biflorus*: leguminibus subconjugatis tetrapteris villosis; bracteis ovatis calyce brevioribus.

Lotus biflorus *Desrousseaux*. Dict.3.*p*.604. -- *Desf.Atl*.2.*p*.202.*t*.210.

Lotus conjugatus *Poiret It*.2.*p*.202.*nec Lin*.

Habitat in campis. Panormi *sopra S. Maria di Gesu*.

60 Lotus *tetragonolobus*: leguminibus solitariis tetrapteris glabris; bracteis ovatis; floribus purpureis.

Lotus tetragonolobus *Sp.pl*.1089. -- *Desf. Atl*.2.*p*.201.-- *Gaert*.2.*p*.337.

Lotus oligoceratos, tetragonolobus, annua, cretica, flore saturate rubro, seu holosericeo coccineo *Cup. Hort.Cath.p.* 116.

Habitat in pascuis montósis. Panormi sopra *Monte Peregrino*.

61. Lotus *siliquosus* : leguminibus solitariis tetrapteris glabris, bracteis lanceolatis.

Lotus siliquosus. var. *β Desrous.* Dict.3.*p.* 603. -- *Savi* Due *Cent.p.*134.

Lotus maritimus *Sp.pl.*1089.

Lotus an maritima lutea siliquosa folio pingui etc.*Cup.Suppl.alt.p.*57.

In arenosis maritimis.

62. Lupinus *prolifer* : calycibus alternis appendiculatis : labio superiore integro, inferiore tridentato.

Lupinus prolifer *Desrous.*Dict.3.*p.*662.

Lupinus sylvestris latifolius flore albo, sativum in omnibus aemulans, edulis *Cup.Hort. Cath.p.*117.

Reperi prope *Capacim* in campis.

63. Moheringia *muscosa*.

Moheringia muscosa. *Sp.pl.*515. --*Savi Pis.* 1. *p.*292. -- *Lam.Illustr.t.*314.-- *Gaert.*2.*p.*226.*t.* 129.*f.* 11.

Alsine tenuifolia muscosa *Cup. Panph.* 3. *t.* 35.*et* 2.*t.*143.

Alsine omnium minima angustissimo folio, muscoso flore *Cup.Hort. Cath.p.6. et Suppl. alt.p.6.*

In umbratis humidis.

64. Narcissus *serotinus*: (*a*) spatâ multiflorâ; nectario brevissimo integro crenulato; petalis lanceolatis; foliis linearibus canaliculatis.

Narcissus spatâ multiflorâ, nectario brevissimo sexpartito. *Sp.pl.*417.--*Desf.Atl.*1.*p.*283. *t.* 82.

Narcissus autumnalis vulgaris, albus, stellaris, medio croceus odoratissimus tenuifolius *Cup.Hort.Cath.p.*149.

Narcissus autumnalis, vulgaris, stellaris, albus, medio croceus, odoratissimus, monojuncifolius *Cup.Panph.*2.*t.*250.--*Bonan.t.*38.

Narcissus medio croceus tenuifolius *Lob. Adv.p.*490.

In campis solo calcareo.

Nectarium saepè crenulatum, aliquando integerrimum, nunquam vidi sexpartitum.

---

(*a*) Narcissus novus *Syn.H.R.P.*

*65.* Neotia *spiralis*.

Neotia spiralis *Lam.et* Dec. *Fl. Franc.* 3. *p.*257.

Ophris spiralis *Sp.pl.* 1340. -- *Savi Pis.*2.*p.* 302.-- *Curtis Lond.Ic.*--*Smith.Brit.*3.*p.*934.

Epipactis spiralis *All.Ped.n.*1852.

Orchiastrum aestivum palustre album odoratum *Mich.*Gen.*p.*30.*t.*26.

Orchis spiralis alba odorata C*up.*H*ort.*C*ath. p.*158.

Habitat in montibus *S.Martini*.

*66.* Orchis *longibracteata*: bulbis indivisis; petalis conniventibus; nectarii labio trifido: laciniâ mediâ exporrectâ bilobâ; bracteis flore longioribus.

Orchis myodes liliacea hircina flore rubro porphyrographi fimbriata *Bon.t.*33.

Monorchis myodes liliacea hircina, flore magno rubro porphyrographi *Cup.Panph.*1.*t.*200.

Orchis myodes hyemalis liliacea, hircina, fimbriato flore, magno, rubro, porphyrographi. *Cup.Hort.Cath.p.*157.*et Suppl.alt. p.*67.

T. 3. Bulbi duo subrotundi. Scapus teres, subflexuosus, vaginatus foliis ovatis vel oblongo-lanceolatis, striatis, pagina superiore praecipuè lucidis. Flores magni graveolentes in spicâ pyramidali, compactâ. Petala in galeam connivention, extus purpurea nervis viridibus, intus albo-viridia punctis rubris pulchrè notata. Opercula petalis angustiora, herbida. Nectarii labium maculis albis purpureisque variegatum, trifidum; segmento medio productiori, bilobo cum appendiculâ internâ, laterali, brevissimâ, aliquoties nullâ; segmentis lateralibus margine externo undulatis. Nectarii cornu germine trigono, intorto brevius. Columna antherifera brevis, apice obtusa. Stigma obcordatum. Bra-

cteae virides; lanceolatae; cucullum sive galeam superantes.

Fl. Febr.

In campestribus succulentis. Panormi *dietro S. Francesco di Paola fra li ficu d'Innia di Cannatedda*.

67. Orchis *papilionacea*: bulbis indivisis; nectarii labio indiviso ampliato emarginato crenato; cornu subulato; petalis conniventibus.

Orchis papilionacea *Sp. pl.* 1331. -- *Bertol. Pl. Gen. p.* 118. -- *Desf. Atl.* 2. *p.* 316.

Orchis speciosa expanso cochleari flore purpureo elegantissimè picturato fimbriato *Bonan. t.* 31. -- *Cup. Hort. Cath. p.* 158.

In pratis et pascuis.

68. Ophris *disthoma*: bulbis subrotundis; scapo folioso; nectarii labio tripartito: lobis lateralibus verticalibus, medio convexo emarginato; appendiculâ dorso insertâ.

Bulbi duo subrotundi, altero remoto. Scapus teres, erectus, 2-6uncialis, infernè vaginatus. Folia lanceolata, striata. Flores inodori in spica laxa, 1-5flora. Petala in trian-

gulum patentia, ovata, concava; viridia. Opercula pariter patentia, viridia, enervia, margine revoluto, petalis angustiora, breviora. Columna minuta, apice obtuso, rufula, dissepimento viridi. Nectarii labium tripartitum, holosericeum, fuscum; lobo medio latiori, convexo, emarginato, dorso pone apicem appendiculato, appendiculâ sursum versâ, hiante; lobis lateralibus refractis, verticalibus, triangularibus. Germen polygonum, subcompressum.

In pascuis montosis siccis. Prope Panormum *sopra S.Maria di Gesu*.

69. Ophris *ciliata*: bulbis subrotundis scapo folioso; nectarii labio trilobo limbo barbato: lobis lateralibus sublatis, medio productiori emarginato mutico; operculis angustissimis recurvatis.

Orchis Ricinum villosum referens *Cup. Panph.* 1. *t.* 175. *Hort.Cath. p.* 158. *et Suppl. alt.p.* 68. -- *Bonan. t.* 28.

Nil pulchrius. Radix bulbi duo subrotundi. Caulis 3-6uncialis, foliis lanceolatis vagi-

natus, pauciflorus. Flores in spicâ laxâ muscas circumvolantes mirè referunt. Petalum superius fornicatum, columnam tegens, marginibus revolutis; duo lateralia patentia, ovata, viridia, fasciâ roseâ per medium. Opercula petalis duplo breviora, angustissima, acuminata, intensè purpurea, recurvata. Nectarii labium trilobum, coeruleum, splendens, limbo barbato barbâ purpureâ; lobo medio exporrecto, obovato, convexo, emarginato, mutico; lateralibus angustioribus, suspensis alarum instar. Columna obtusa.

In pascuis montosis. Panormi *sopra S.Maria di Gesu*.

70. Ophris *speculum*: bulbis subrotundis; scapo folioso; nectarii labio convexo elongato incurvato; columnâ acutâ porrectâ fornicatâ.

Ophris (*speculum*) bulbis subrotundis scapo folioso; labio convexo elongato simplici, sursum curvo; anticè maculâ solitariâ *Bertol.Pl. Gen.p.* 124.

Orchis ornifuciflora, fuliginea, clunicula depilatâ fuscâ *Cup. Hort. Cath. p.* 158. *et*

*Suppl. alt. p.* 68. *Panph.* 1. *t.* 175. -- *Bonan. t.* 28.

T. 4. Radix bulbi duo subrotundi. Caulis erectus, infernè vaginatus foliis lanceolatis, striatis. Spica laxa, pauciflora. Petala lanceolata, in triangulum patentia, rosea dorso viridi. Opercula petalis angustiora, breviora. Nectarii labium holosericeum, fusco-purpureum, integrum vel trilobum, elongatum, convexum, laeniter incurvum, emarginatum cum appendiculâ sursum flexâ, disco anticè areolâ sive maculâ atro-sanguineâ, glaberrimâ, lucidâ (*speculo*) notatum. Columna porrecta, fornicata, aviculaeformis rostro acuto.

In pratis et pascuis. Panormi *dietro S. Francesco di Paola*.

71. Ophris *apifera*: bulbis subrotundis; scapo folioso; nectarii labio convexo quinquefido: laciniâ terminali recurvatâ; appendiculâ subulatâ sursum flexâ.

Ophris apifera *Smith Brit.* 3. *p.* 938. -- *Curtis Lond. Ic.* -- *Bertol. Pl. Gen. p.* 122.

Testiculus vulpinus secundus sphegodes *Lob. Ic.* 179.

Orchis fucum referens major, foliolis superioribus candidis et purpurascentibus *Vaill. Paris.* 146.*t.*30.*f.*9. -- *Cup.Hort.Cath.p.*157.

In montibus *S. Martini.*

72. Panicum *repens:* (*a*) paniculâ virgatâ; foliis inferioribus divaricatis; culmo basi repente.

Panicum repens *Sp.pl.* 87. -- *Desf.Atl.*1.*p.*60.-- *Cav.Ic.n.*119.*t.*110.

Gramen palustre jubâ et raro semine sorghi, foliis angustè intra se collectis *Cup.*Hort. *Cath.p.*90.*et Suppl.alt.p.*33.

Ad ripas fluminum et rivulorum lentè fluentium.

Calycibus bifloris flosculo altero hermaphrodito, altero masculo passim occurrit.

---

(*a*) Panicum coloratum *Syn.H.R.P.*

73. Panicum *glaucum* (*a*): spicâ tereti; involucellis bifloris multisetosis; seminibus undulato-rugosis.

Panicum glaucum *Sp.pl.* 83. -- *Savi Pis.* 1.

*p.65.--Leers Herb.*12 *.t.2.f.2.* -- *Schreb. Gram.2.p.* 21.*t.*25.--*Gaert.*1.*p.*2.*t.*1.

Gramen paniceum simplici spicâ longiori alopecuroide canâ fulvidâ *Cup. Panph.* 2. *t.*28. & *Suppl.alt.p.*33.

In glareosis inundatis.

---

(*a*) Panicum helvolum *Syn.H.R.P.*

74. Panicum *Crusgalli* (*a*): spicâ decompositâ; spiculis alternis conjugatisque subdivisis; calycibus aristatis hispidis; rachi subquinquangulari.

Panicum Crusgalli *Sp. pl.* 83. -- *Savi Pis.* 1.*p.*65. -- *Bert.Pl. Gen. p.*8. -- *Curtis London Ic.* -- *Leers* Her*b.*13.*t.*2.*f.*3.

Panicum oryzoides *Ard.Spec.*2. *t.*5.

Gramen paniceum seu panicum sylvestre palustre spicis e viridi atro-rubentibus Cupani *Bonan.t.*93.

Panicum vulgare spicâ multiplici longis aristis circumvallatâ Tourn.*Bonan.t.*8.

Gramen paniceum palustre spicis multis;

angustis, successivis, rubro-nigricantibus *Cup. Hort.Cath.p.*88.

Gramen paniceum, tenellum, spicis cristatis, angustis, successivis, obscurè virentibus. *Cup.Suppl.alt.p.*31.

In arvis humidis et ad ripas fossarum.

---

(a) Gramen verè polymorphum. Preter varietates ab auctoribus memoratas, alia etiam varietas apud nos frequens reperitur caulibus decumbentibus, foliis rubro maculatis, rachi trigonâ, calycibus mucronatis, hispidis, quae Panicum colonum *Syn. H.R.P.*

75. Passerina *hirsuta*: foliis carnosis extus glabris; caulibus tomentosis.

Passerina hirsuta *Sp.pl.*513. -- *Desf. Atl.*1. *p.*330.

Thymelea tomentosa foliis sedi minoris *Cup.Hort.Cath.p.*212. *et Suppl.alt.p.*86.

Sesamoides parvum Dalechampii J.*B. Hist.* 1.*p.*595.

Erica alexandrina Italorum etc. *Lob. Ic.* 2.*p*.217.*f*.1.

In arenosis maritimis.

Flores hermaphroditos aut dioicos vidi.

76. Poa *bulbosa*: paniculâ ovatâ laxiusculâ; spiculis subquadrifloris; glumis villo connexis; culmo basi bulboso.

Poa bulbosa *var. β Sp.pl.* 102.--*Bert.Pl.Gen. p.*13.*cum bona descriptione* -- *Savi Pis.*1. *p.*104.

Gramen murale junceum minus, Allii radice, paniculâ janthinâ non crispâ *Barr.Ic.*713. *f.* 1.

Gramen arvense paniculâ crispâ pallidâ seu majus *Barr.ib.f.*3.

Gramen arvense paniculâ crispâ *C.B.Prod. p.* 6.

Gramen arvense angustifolium, paniculâ densâ, foliaceâ, foliolis in paniculâ angustissimis *Scheuchz.Agrost.*211. *t.*4.*f.*13. *A B C*.

Gramen paniculâ crispâ proliferâ nutabundâ *Bonan. t.*6.

Gramen saxatile crispum xerampelinum *Cap.Panph.2.t.74. f.A A.*

Gramen arvense paniculâ crispâ *Cup.Hort. Cath.p.17.*

,,Panicula plantae superius descriptae adeo tota degenerat, ut flosculi transeant in bulbos. Hic tamen transitus fit per varios gradus, ut saepe locustae vix immutatae partim adhuc floriferae, partim bulbiferae conspiciantur, saepe vero omnino bulbiferae et crispae evadant; hinc diversae Barrelierii icones, quae omnes bonae pro vario metamorphoseos gradu: nec species distincta haec varietas censeri potest, ut innuit Smithius in Flora Britannica ,, *Bertol.loc.cit.p.15.*

In pratis et pascuis.

77. Poa *fluitans*: paniculâ ramosâ divaricatâ; spiculis adpressis teretibus multifloris; flosculis obtusis septemnerviis basi duplicato-nervosis.

Poa fluitans *Smith Brit.1. p.95.* -- *Bert. Pl. Gen. p.12.* -- *Lam.et Dec. Fl.Franc.3. p.57.*

Festuca fluitans *Sp.pl.111.* -- *Savi Pis.1.p.*

119. -- *Desf.Atl.*1.*p.*87. -- *Leers Herb. t.*8. *f.*5. -- *Curtis Lond.Ic.* -- *Schreb. Gram.* 37. *t.*3. -- *Lam. Dict.*2.*p.*462.

Gramen polydactyloides candidum palustre *Bonan.t.*5.

Gramen aquaticum fluitans multiplici spicâ *Scheuch.Agrost.*199.*t.*4.*f.*5.

In fossis.

78. Ranunculus *bullatus* : foliis ovatis serratis; scapo nudo unifloro.

Ranunculus bullatus *Sp.pl.* 774. -- *Desf. Atl.*1.*p.*435.

Ranunculus lusitanicus *Dod.Pempt.* 429.

Ranunculus autumnalis alter latifolius minus bullatus *Cup.Panph.*1.*t.*196.

Prope Panormum *alla Grazia*. Floret autumno.

79. Ranunculus *flabellatus* : caule erecto subunifloro; foliis radicalibus aliis integris, aliis tripartitis incisis, caulinis paucis; radice bulbosâ.

Ranunculus caule simplici hirsuto; foliis

radicalibus flabelliformibus, inciso-lobatis, caulinis paucis multipartitis; caule subunifloro.

*Desf.Atl.*1.*p.*438. *t.*114.

Prope Panormum *sopra S.Maria di Gesu*.

80. Rumex *bucephalophorus*: floribus hermaphroditis; valvulis dentatis nudis; pedicellis planis reflexis incrassatis.

Rumex bucephalophorus *Sp.pl.*479. -- *Cav. Ic.*31. *t.*41. *f.*1. -- *Desf. Atl.*1.*p.*319.

Acetosa Ocymi folio Neapolitana *Col.Ecphr.* 1.*p.*151.*t.*150.-- *Cup.*Hort.*Cath.p.*3.

Panormi *nel Piano della Consolazione*.

81. Saponaria *illyrica*: pubescens: calycibus quinqueangularibus; foliis linearibus trinerviis; petalis fauce tripunctatis.

Saponaria illyrica *Mant.*70. --*Ard. Spec.*2.*p.* 24.*t.*9.

Caryophyllus saxatilis gramineo folio Centaurii minoris flore umbellatus *Cup. Panph.* 1. *t.*226.

Lychnis gramineis foliis flosculis integris candidis subtus purpurantibus *Cup.Suppl.alt.p.*58.

Formosa planta , pubescens et viscidiuscula. Radix lignosa, fusiformis. Caules plurimi, 4-10unciales, graciles, foliosi, subcompressi, purpurascentes, diffusi, decumbentes, supernè paniculati. Folia linearia, angustissima, acuta, ciliata, superficie superiore plana, inferiore trinervia, basi connata. Panicula floribus parvis multiflora. Calyx pyramidalis angulis purpurascentibus, quinquedentatus dentibus acutis, margine albo, membranaceo. Petala unguiculata, supernè alba vel pallidè lutea, ore tripunctato punctis purpureis, quincuncem referentibus, infernè purpurascentia vel purpureo lineata, integerrima, obovata. Antherae violaceae. Capsula omnino unilocularis, quadrivalvis. Semina nigra, oblonga, compressa, pedicellata.

Circa Panormum ad muros et ad margines agrorum, etiam in pascuis montosis sterilibus. Reperta cum C.S. Rafinesque Schmaltz

Fl. per totam aestatem.

82. Saxifraga *tridactylites*; foliis cuneiformibus al-

ternis trifidis quinquefidisve : summis indivisis; caule paniculato; germine infero.

Saxifraga tridactylites *Sp. pl.* 758. -- *Curt. Lond. Ic.*--*Smith* Brit.2.*p*.454.--*Savi Pis*. 1.*p*.407.

Paronichia altera *Dod.Pempt.*112.

Paronichia altera rutaceo folio *Lob. Ic.* 469.

Prope coenobium *S. Martini*.

83. Saxifraga *bulbifera*: foliis inferioribus petiolatis reniformibus crenatis lobatisve, superioribus sessilibus; caule paniculato bulbifero; germine semiinfero.

Saxifraga bulbifera *Sp.pl.*577.--*Lam.et* Decan.*Fl.Fr.*4.*p*.369.

Saxifragia bulbosa altera bulbifera montana *Col.Ecphr.*2.*p*.318.*t*.317.

Prope Panormum *sopra Monte Cuccio*.

84. Schoenus *mucronatus*: culmo tereti nudo; spiculis ovatis fasciculatis; involucro subhexaphyllo patente; foliis canaliculatis.

Schoenus mucronatus *Sp.pl.*63.--Desf. *Atl.* 1.p.41. -- *Bertol.Pl.Gen.p.*6. -- *Savi Pis.*1.*p*.38.

Scirpus maritimus capite glomerato *Scheuchz. Agrost.p.367.t.8.f.*1.

Juncus maritimus *Lob.Ic.*87.

Cyperus marinus compactâ eleganti paniculâ obsoletè coccineâ *Cup.Panph.*1.*t.*104.

Cyperus radice longâ odorâ angustifolius in umbellâ trifolius *Bonan.t.*12.

In arenosis maritimis. Prope Panormum *alla tonnara di Capaci.*

85. Scirpus *setaceus* : culmo nudo setaceo ; spicis lateralibus subgeminis sessilibus.

Scirpus setaceus *Sp.pl.*73. -- *Smith Brit.*1. *p.*54.-- *Leers Herb.*10.*t.*1. *f.*6.-- *Desf.Atl.*1.*p.*49. --*Gaertn.*1.*p.*10.*t.*2.*f.*3.

Scirpus filiformis *Savi Pis.*1.*p.* 46.

Scirpus omnium minimus capitulo brevi *Scheuchz. Agrost. p.*358.

Juncellus minimus capillaris paniculis nigris singularibus *Cup.Panph.*2.*t.*52.

Junculus paniculâ duplici nigrâ *Cup.Hort. Cath.p.*104.

In glareosis et arenosis inundatis.

86. Senecio *vernus*: radio patente; corymbo paucifloro; foliis inferioribus petiolatis obovatis, superioribus pinnatifidis amplexicaulibus.

Senecio humilis vernalis subrotundo Senecionis folio *Bocc. Mus. p.* 169. *t.* 100. *f. mala*.

Senecio leucanthemifolius *Poiret It.* 2. *p.* 238.?

T.5. Radix attenuata, parva, fibris albis obtecta, in humidiusculis prorsus fibrosa. Caules 3-7 pollicares, herbacei, angulato-teretes, foliosi, ramosi, directione varii, modo enim basi decumbentes atque radicantes, modo suberecti. Folia radicalia et caulina inferiora petiolata, obovata; superiora per gradus pinnatifida, sessilia, amplexicaulia; omnia glabra inaequaliter dentata. Corymbi terminales, pauciflori, pedunculis laxe lanatis, squamosis. Flores lutei radiati. Calyx cylindraceus, glaber, simplici serie polyphyllus foliolis linearibus, aequalibus, acutis, apice sphacelatis, basi calyculatus squamis numerosis, adpressis, acuminato-subulatis, apice etiam sphacelatis. Li-

gulae radii patentes, ellipticae, tandem revolutae. Semina angulata, pilosa pilis albis adpressis. Pappus oculo armato scabriusculus. Receptaculum areolatum, mammillatum, areolarum margine in membranulam tenuem, deciduam producto.

In campis et pascuis. Reperi etiam ubi *Bocconius*.

87. Serapias *cordigera*: bulbis subrotundis; nectarii labio trilobo maximo basi canaliculato; lobo intermedio subcordato.

Serapias cordigera *Sp.pl.*1345.--*Poiret It.*2. *p.*250. -- *Desf.Atl.*2.*p.*321.

Serapias bulbis subrotundis; petalis cucullatis; labio trilobo, basi canaliculato *Bertol. pl.Gen.p.*125.

Serapias lingua α. *Savi Pis.*2.*p.*304.

Orchis ferruginea linguaeformis cordato maximo flore *Cup.Hort. Cath.p.*157. -- *Bonan. t.*31.

In petrosis montosis.

88. Serapias *lingua*: bulbis subrotundis; nectarii

labio trilobo petalis longiore, lobo intermedio lanceolato.

Serapias lingua *Sp.pl.*134.-- *Poiret It.*2.*p.* 250.--*Savi Pis.*2.*p.*304.-- *Desf.Atl.*2.*p.*322.

Serapias bulbis subrotundis; petalis cucullatis; labio trilobo basi in callum extuberante *Bertol.Pl.Gen.p.*125.

Orchis lingua *All.Ped.*1833.

Orchis macrophylla *Col. Ecphr.*2. *p.*321. *t.* 322.

Orchis montana italica flore ferrugineo, lingua oblonga *Cup.Hort.Cath. p.*157.

Cum praecedenti.

Nectarii labium basi callo plerumque laevi, interdum sulcato.

89. Silene *decumbens*: floribus subsolitariis terminalibus; petalis bifidis obtusè coronatis; foliis obovatis basi ciliatis; caulibus decumbentibus.

Silene ciliata *L.Wild.p.*692.?

Lychnis marina minor supina, amplo flore rubro, folio oblongo rotundo, praecox *Cup. Hort.Cath.p.*119.

Lychnis marina minor pubescens amplo flore rubro sulcato *Cup.Panph.2.t.*151.

Lychnis marina minor pubescens, amplo flore rubro sulcato, folio oblongo rotundo, repens *Bonan.t.*87.

T.6.Radix parva, subramosa. Caules 4-6unciales, simplices vel parum ramosi, diffusi, basi decumbentes, foliosi, geniculati, pilosi, pilis in internodiis inferioribus patentibus, longioribus, in superioribus, velut in pedunculis calycibusque, adpressis, brevioribus. Folia crassiuscula, integerrima, scabra, obovata, in petiolum decurrentia, basi pilis longis ciliata. Flores terminales 1-4, pedunculati, rosei, erecto-patuli. Calix clavatus, decemstriatus striis purpureis, dentibus 5, obtusis, ciliatis. Petala fauce coronata, coronâ coadunatâ, ultra medium bifida, laciniis obovatis. Capsula ovata apice sexdentata. Semina reniformia, margine hinc inde undulato-crispo.

Fl. Primo vere.

In pascuis arenosis maritimis.

90. Sinapis *pubescens*: siliquis pubescentibus erectis; rostro compresso; foliis lyratis villosis.

Sinapis pubescens *Mantis.*95. -- *Ard. Spec.* 1.*p.*21.*t.*9.

Raphanus arvensis Raphani vulgaris foliis, Irionis siliquis *Cup.Panph.*2.*t.*238.

Sinapi montanum luteum Raphani vulgaris foliis, Irionis siliquis *Bonan.t.*51.

Raphanistrum luteum, hirsutum, Raphani vulgaris foliis, siliquis Irionis more concinnatis *Cup.Hort.Cath.p.*187.*et Suppl.alt. p.*77.*cum var.*

In campis et ad ripas fossarum. Panormi *alla Guadagna*.

91. Sinapis *erucoides*: siliquis glabris patentibus; foliis lyratis glabris; caule scabro.

Sinapis erucoides *Sp.pl.*934.

Eruca sylvestris flore albo Italica *Barr. Ic.*132.

Sinapi arvense album hyemale Rapifolio semine luteo *Cup.Hort.Cath. p.*201.

Sinapi hyemale arvorum flore albo Rapi-folio *Bonan.t.*52.

Panormi in arvis frequens.

92\. Thlaspi *luteum*: siliculis obcordatis; foliis dentatis; inferioribus petiolatis, superioribus cordato-ovatis amplexicaulibus.

Thlaspi montanum Glasti folio parvum, perfoliatum, nonnihil serratum, siliculâ cordatâ *Cup.Pamph.*2.*t.*256.

Thlaspi montanum luteum Glasti folio, parvum, perfoliatum, nonnihil serratum, siliculâ cordiformi *Cup.* *Hort.Cath. p.*212.

Plantula glauca, glabra, 1-3uncialis. Radix fibrosa. Caulis erectus, simplex vel basi ramosus. Folia radicalia et caulina inferiora petiolata, spatulata, superiora cordato-ovata amplexicaulia, omnia medium versus dentata binis quatuorve dentibus. Flores singulari nota lutei in corymbo terminali, demum in racemum elongato. Petala calyce longiora, emarginata. Silicula obcordata lobis stylum includen-

tibus vel subaequantibus. Stigma capitatum. Semina utrinque pauca.

Annua. Fl. Apr. Majo.

In montosis siccis. Panormi *sopra S. Maria di Gesu*.

93. Tordilium *humile* (a): foliolis inferioribus ovatis inciso-crenatis; caule infernè piloso; involucris minimis setaceis.

Tordilium foliolis inferioribus pinnatis; foliolis lobatis, incisis; caule infernè piloso; involucris minimis setaceis; seminibus margine crenatis. *Desf. Atl.* 2. *p.* 235.

Seseli Siculum, candidum, cretico minori affine, folio rotundiori, multo minori, gracilius. *Cup.* Hort. *Cath. p.* 200. *Panph.* 2. *t.* 245.

Prope Panormum *sul Monte Peregrino*.

---

(a) Tordilium officinale *Syn.* H. *R. P.*

94. Triticum *maritimum*: calycibus multifloris; spiculis mucronatis divaricatis; culmo et spicâ ramosâ.

Triticum maritimum *Sp. pl.* 128. -- *Vivia-*

*ni Fragm.Fl.It.ap.an.* Bot.*vol.* 1. *part.*2. *p.*158. -- *Cyril.Fasc.*2.*p.*9.*t.*2. --*Savi Pis.*1.*p.*151.

Gramen maritimum paniculâ loliaceâ *C.* B.*Prod.*18.

Gramen loliaceâ paniculâ, ramosâ, maritimum *Scheuchz.Agrost.p.*274.*t.*6.*f.*5.

Gramen maritimum paniculis asperis loliaceis *Bocc.Mus.p.*135.*t.*95.

Gramen maritimum locustis hians rostellum Aviculae imitantibus *Cup. Panph.*2. *t.*185. *Hort.Cath.p.*92. -- B*onan.t.*2.

Reperi ubi *Bocconius*.

95. Tussilago *fragans* (*a*): thyrso fastigiato; floribus radiatis; foliis subrotundo-cordatis aequaliter denticulatis, subtus pubescentibus.

Tussilago fragans *Wild.Sp.pl.* 1699.

In umbrosis humidis, praecipue arenosis.

---

(*a*) Tussilago hybrida *Syn. H.R.P.*

96. Trifolium *repens*: capitulis umbellaribus; leguminibus tetraspermis; caule solido repente; pedunculis longissimis.

Trifolium repens *Sp.pl.*1080.--*Curtis Lond. Ic.*--*Riv.Tetrap.Irr.t.*14.*f.*2.--*Smith* Brit.2.*p.*783. *exclus.syn.Vaill.*--*Savi Pis.*2.*p.*161.

Trifoliastrum *Mich.*Gen.*t.*25.*f.*1.3.4.

Trifolium pratense album foemina repens lato folio maculato *Cup.Panph.*1. *t.*100.

Trifolium pratense album *Cup.* Hort.*Cath. p.*216.

Trifolium pratense, palustre, saepè resupinum, majori folio subrotundo, albâ falcatâ maculâ signato *Cup.Suppl.alt. p.*90.

In pratis et pascuis praecipuè humidis.

97. Trifolium *hybridum* : capitulis umbellaribus; leguminibus tetraspermis margine exteriore emarginatis; caule solido adscendente.

Trifolium hybridum *Sp.pl.*1079. *excl. syn. Mich.t.*25.*f.*2. *quod ad Michelianum. Fl.Pis.spectat et syn. Vaill.* -- *Savi Pis.*2.*p.*158.

Trifoliastrum annuum corymbiferum album et procumbens, folio cordato, subtus atrovirente, splendente; siliquâ infernè falca-

tim discriminatâ *Mich.*Gen.27. *Ord.*2.*n.*2.*t.*25.*f.* 6. *bona.*

Trifolium pratense infirmum folio subrotundo, capitulo laxo candido, flore odorato *Cup. Panph.*1.*t.*8.Hort.Cath.p.216.

Cum praecedenti.

N. Trifolium hybridum *Fl. Atl.* corollis dilutè roseis, leguminibus dispermis alia species est: videtur, ni fallor, Trifolium elegans *fl. Pis*, cui certo non spectat *syn. Mich.*Gen.27.*t.*25.*f.c.*

98. Trifolium *fragiferum*: capitulis subrotundis; calycibus inflatis bidentatis reflexis; caulibus repentibus.

Trifolium fragiferum *Sp. pl.* 1806. -- *Savi Pis.*2.*p.*164.--*Smith* Brit.2.*p.*791.-- *Curtis Lond. Ic.*

Trifolium vesiculis in capitulum congestis asperis, maximum *Cup. Panph.*2. *t.*200.

Trifolium vesiculis in capitulum congestis asperis maximum supinum *Bonan.t.*97.

Trifolium fragiferum folio oblongo *Vaill. Par. t.*22.*f.*2.

In pratis et pascuis.

99. Vinca *major*: floribus pedunculatis; foliis ovatis ciliatis; dentibus calycinis setaceis elongatis.

Vinca major *Sp. pl.* 304. -- *Savi Pis.* 1. *p.* 259. -- *Smith Brit.* 1. *p.* 270. -- *Desf. Atl.* 1. *p.* 206. -- *Curt. Lond. Ic.* -- *Lam. Illustr. t.* 172. *f.* 1.

Clematis Daphnoides maxima purpureo flore frontato *Cup. Panph.* 2. *t.* 88. *Hort. Cath. p.* 52.

In umbrosis praecipue humidis. Panormi *sotto S. Spirito.*

100. Ziziphus *lotus*: aculeis geminis altero recurvo; foliis ovatis crenatis; drupâ rotundâ.

Ziziphus lotus *Desf. Atl.* 1. *p.* 200. -- *Lam. Illust. t.* 185. *f.* 2.

Rhamnus lotus *Sp. pl.* 281. -- *Poiret It.* 2. *p.* 126.

Jujuba sylvestris infoecunda. *Cup. Hort. Cath. p.* 104.

Ziziphus sylvestris humilis infructuosa *Cup. Panph.* 2. *t.* 73.

Locis aridis. Panormi *sopra Monte Pere-grino*.

Vix indigenus.

Tab. 1.



Diānthus rupicola.

Pietro Vaincher incise e del

Tab. 2.



*Lobelia tenella.*

*Vaincher inc.*

*Vaincher inc. e*

Tab. 3.



*Ophriſ ſpeculum*

Vaincher inc. e del.

Tab. 4.



Vaincher inc. e del



Orchis longibracteata.

Vaucher inc e del



vernus

Vaincher i

Tab. 5



Senecio vernus

Vaincher inc. e del.

Tab. 6



*Silene decumbens.*

D. V. inc. e del.

# SICULARUM PLANTARUM
# CENTURIA SECUNDA.

VIRO CELEBERRIMO

IOSEPHO XAVERIO POLI

DE HISTORIA NATVRALI BENEMERITO

PROPTER

INSIGNE OPVS SVPER CONCHYLIIS

IN PROVEHENDIS OMNIVM DISCIPLINARVM CVLTORIBVS

BENIGNISSIMO

IN GRATI ANIMI PVBLICVM TESTIMONIVM

SECVNDAM SICVLARVM PLANTARVM CENTVRIAM

D. D. D.

ANTONINVS BIVONA BERNARDI

1. Adianthum *fragrans*: fronde bipinnata, foliolis ovatis, obtusis, inciso-crenatis.

Adianthum fragrans *Murr. Syst. Veg.* 940. — *Viviani Fragm. It. ap. Ann. Bot. vol.* 1. *p.* 2. *pag.* 190.

Polypodium fragrans *L. Mant.* 307. *non Spec.* — *Desf. Atl.* 2. *p.* 408. *t.* 257.

Polypodium pteridioides *Reich. Syst.* 4. *p.* 424.

Filicula foemina saxatilis, tenuiter dentata, ramosa, vix odora, odore Loti *Cup. Panph.* 1. *t.* 148. *et Hort. Cath. p.* 79.

Paronichiae primae similis filicula, lotum odoratam olens *Cup. Panph. et Hort. Cath. ibidem*:

Reperi in Ætna prope *la Lecatla*.

2. Aira *canescens*: foliis setaceis, summo spathaceo; aristis apice clavatis, calyce brevioribus.

Aira canescens *Sp. pl.* 97. — *Savi Pis.* 1. *p.* 88. — *All. Ped.* 2. *p.* 244.

Gramen foliis junceis oblongis radice alba *Scheuchz. Gram.* 242. *t.* 4. *f.* 29. 30.

Gramen foliolis junceis radice jubata *Scheuchz. Gram.* 243.

Gramen exile durius Noruegicum aut Danicum Scopario gramini cognatum *Lob. Alvers.* 466. *Ic.*

Folia caulina saepe plana; radicalia semper setacea.

Reperi in arenosis maritimis prope Catanam.

3. Allium *magicum*: scapo nudo tereti; foliis lanceolatis amplis, interiore apice bulbifero; umbellâ fastigiatâ.

Allium magicum *Sp. pl.* 424.

Allium caule tereti propagine ex ala *Sauvag. Monsp.* 18.

Allium (*speciosum*) umbellâ haemisphericâ aequali; staminibus simplicibus; foliis oblongis concavis glaberrimis *Cyr. Pl. rar fasc.* 2. *t.* 5.

Moly album latifolium seu Xiridis folio *Cup. Suppl. alt. p.* 62. ?

Bulbus rotundus odore rapaceo, pollicaris vel sesquipollicaris diametri, intus albus, solidus, extus tectus tunicis e rubro ſucescentibus. Scapus nudus, glaberrimus, teres, solidus, erectus, 2-3pedalis. Folia omnia radicalia, petiolis vaginantibus, scapo breviora, lanceolata, duas uncias et ultra in maximo diametro lata, patentia, glabra, plana, apice, marcescentia. Umbella densa, fastigiata. Spatha monophylla, rubro colorata, bi vel trifida, laciniis acutiusculis, pedunculis brevioribus. Pedunculi simplices, unciales, receptaculo carnoso, convexo bulbiformi, demum evanescente, inserti. Petala patentia elliptico-lanceolata, alba vel sordidè rubentia, carinâ virente. Stamina simplicia, aequalia, subulata, basi coalita. Germen trilobum, quasi serico glauco-viride indutum.

Folium interius apice inflectitur, geritque bulbillos duos, quos sí ante elongationem praedicti folii inspicias, axillares quasi diceres.

Fl. Majo.

Reperi prope Catanam inter segetes solo argilloso, locisque humidis.

4. Alyssum *calycinum*: caulibus herbaceis, staminibus omnibus dentatis, calycibus persistentibus.

Alyssum calycinum *Sp. pl.* 98. — *Iacq. Austr. t.* 338. — *Krocker Siles.* 2. *p.* 39. *t.* 2. — *Gaertn.* De *Fruct.* 2. *pag.* 282. *t.* 141.

Alysson *Cam. Epit.* 558. *f.* 1.

Alysson minimum *Clus. Hist.* 2. *p.* 133.

Thlaspi minus quibusdam aliis Alysson minus *I. B. Hist.* 2. *p.* 928.

Thlaspi Alyssum dictum campestre majus C. B. P. *Cup. Hort. Cath. p.* 211.

Habitat in Regione sylvosa Montis Ætnae.

5. Ambrosia *maritima*: piloso-subincana: foliis tri vel bipinnatifidis, obtusis; racemis terminalibus, solitariis; receptaculo sotoso-paleaceo.

Ambrosia maritima *Sp. pl.* 1481. — *All. Ped.* 2. *p.* 142.

Ambrosia *Dod. Pempt.* 35.

Ambrosia quibusdam *I. B. Hist.* 3. *p.* 1 90.

Ambrosia hortensis procerior *Lugd. Hist.* 2. *p.* 1148.

Ambrosia maritima C. B. P. *Cup. Hort. Cath. p.* 9.

Planta cinereo-virens pilis molliusculis, parum amara, aromatica. Radix lignosa, fusiformis, ramos quandoque longissimos, horizontales emittens. Caules plurimi, sesqui-vel bipedales, basi decumbentes, perennantesque, teretes, foliosi, ramosissimi, ramis in paniculam compositis, supernè floriferis. Folia subtus pallidiora: caulina primora opposita, petiolo ciliato, tri-vel bipinnatifida, laciniis obtusis, inciso-dentatis; superiora ut et ramea alterna, sensim minus composita; summa denique vel floralia simplicia, sessilia, oblongo-lanceolata, subintegerrima. Flores alii hermaphroditi abortivi in calyce communi aggregati, breviter pedunculati, nutantes in racemo terminali, solitario, erecto; alii foeminei fertiles in glomerulis subjectis, bracteolatis.

Herm. Calyx communis monophyllus, haemisphericus, margine crenulatus. Corollae infundibiliformes, quinquedentatae, parum perviae, pallidè luteae. Antherae quinque, distinctae. Stylus unicus. Stigma unicum. Receptaculum perpetuè setoso-paleaceum.

Foem. Calyx monophyllus, monoflorus, medium versus extus quinquedentatus. Corolla nulla. Stylus bipartitus, exertus. Semen unicum, fuscum, calyce indurato tectum.

Perennis.

Frequens in maritimis Messanensibus et Catanensibus.

Cl. Schmidel paleas setaceas in receptaculo floris masculi Ambrosiae trifidae etiam vidit. (a)

6. Anchusa *undulata*: strigosa; foliis linearibus; dentatis, undulatis; calycibus fructiferis inflatis.

---

(a) Confer *Gaert. De fruct. et sem. pl. v.* 2. *p.* 418.

Anchusa undulata *Sp. pl.* 191.

Anchusa angustis dentatis foliis hispanica *Barr. Ic.* 578. — *Boc. Mus. t.* 77.

Abitat in arenosis aridis Regionis Pedemontanae sive cultae Montis Ætnae.

7. Anthemis *biaristata*: foliis triplicato-pinnatis, foliolis linearibus planis; squamis calycinis lanceolatis, margine et apice fuscis, flosculis biaristatis.

Anthemis Biaristata *Lam. et Dec. Fl. Gall.* 4. *p.* 204.

Anthemis tomentosa *Govan Illustr.* 70. — *Lam. Dict.* 1. *p.* 574. (*non Linn.*).

Anthemis pubescens *Willd. Sp. pl.* 2772?

Tota herba 1-2pedalis lanugine albâ, rarâ undique obducta. Radix parva fibris obtecta. Caules teretes, striati, foliosi, ramosi, subdichotomi, basi decumbentes, nonnunquam in locis herbidis erecti. Folia inferiora elongata, petiolata, tripinnata, pinnulis profundè bi-tri-multifidisve, angustissimè linearibus, acutis, mucronulatis, planis; superiora sessilia,

sensim minus composita. Pedunculi uni aut biflori, supernè valdè incrassati, fistulosi, foliosi, quandoque aphylli. Flores magnitudine Anthemis *altissimae*. Calyx haemisphericus, squamis arctè imbricatis, lanceolatis, acutis, exterioribus margine et apice sphacelatis; interioribus longioribus, infernè glabris, supernè villosis margineque nigricante cinctis. Discus luteus convexus, corollarum limbo quinquèdentato, dentibus binis interioribus aristatis. Ligulae albae, elliptico-oblongae, tridentatae, exsiccatione persepè pallidè flavescentes. Semina stipata, tenacissimè receptaculo convexo, paleaceo adherentia, glabra, compressa, alata sive margine et apice albo-membranacea, exteriora verò majora. Paleae flosculis breviores, albae, nitidae, supernè dilatatae, acutae, exteriores apice tantum fuscae ciliateque.

Habitat prope Catanam in locis humidis, in arvis, et etiam inter segetes.

8. Anthemis *fuscata*: receptaculo subconico, pa-

leis oblongis, obtusis; semiribus muticis; foliis glabris, pinnato-decompositis.

Anthemis fuscata *Wild. Sp. pl.* 3. p. 2182.

Chamaemelum foetidum hyemale palustre *Cup. Panph.* 2. t. 58. — *Bonan.* t. 173.

*T.* 1. Herba foetida. Radix tenuis, alba. Caulis erectus, pedalis ac altior, subpubescens, foliosus; ramosus, ramis erectiusculis, pauciflorus, infernè teres, supernè angulato-striatus. Folia glabra: inferiora petiolata, bipinnata, foliolis bi-tri-multifidisve, lineari-filiformibus, subrevolutis; superiora sessilia, per gradus minus composita, laciniis basi caulem amplectentibus. Flores semiunciam ferè lati, terminales, solitarii, pedunculis pubescentibus, striatis. Calyx glaber squamulis scariosis fusco-purpureis. Discus luteus, flosculis omnibus explicatis haemisphericus. Semiflosculi radii albi, patentes, noctu deflexi, oblongi, tridentati, abortivi. Semina disci omnino calva, obversè piramidalia, tetraquetra, striata. Receptaculum subconicum, paleaceum. Paleae

floſculis breviores; dimidii ſuperioris margine et apice fuſcae.

Habitat in arvis ſolo argilloſo prope Catanam et Miſilmerim.

9. Anthemis *arvenſis*: receptaculo conico; paleis lanceolatis, acutis, carinatis exertis; foliis bipinnatifidis, piloſis.

Anthemis arvenſis *Sp. pl.* 1261. *Savi Pis.* 2. *p.* 265.

Chamaemelum arvenſe *All. Ped.* 1. *p.* 186.

Cotula non foetida *Bauh. Hist.* 3. *p.* 120.

Cotula altera alba non foetida *Dod. Pempt.* 258.

Chamaemelum inodorum *C. B. P. Cup. Hort. Cath. p.* 47. cum varietate.

Frequens in arvis paſcuiſque apricis Regionis Pedemontanae M. Ætnae.

Secundum loca variat caule prostrato, diffuſo, vel erecto; foliis plus minuſve piloſis.

10. Anthemis *secundiramea*: foliis bipinnatifidis, glabris carnoſis punctatis; ramis ſecundis; receptaculo conico-cylindraceo.

T. 2. Radix parva. Caules herbacei, prostrati, pedem vel sesquipedem longi, teretes, glabri, purpurascentes, foliosi, multiflori, ramosissimi, ramis, ramulisve plerumque secundis, alternis. Folia glabra, carnosa, punctis excavata, glaucescentia, semiunciam aut unciam longa, pinnata foliolis multifidis vel pinnatifidis, laciniis brevibus obtusiusculis, muticis. Pedunculi pubescentes, villis adpressis, supernè incrassati, fistulosi, uniflori. Flores odore Matricariae *Partenii*, magnitudine Anth. *arvensis*. Calyx haemisphericus, imbricatus, squamis angustis, lanceolatis, carinatis, membranâ albâ margine circumdatis, pilosiusculis vel omnino glabris, apice ex rubro subfucescentibus. Discus flavus, semiellipticus, ligulis albis, patentibus, obtusè tridentatis. Paleae flosculis breviores, concavae carinatae, sublanceolatae, supernè latiores, apice acutae, carinâ virente. Semina obversè piramidalia, tetraquetra, membranâ dentatulâ coronata. Receptaculum punctatum, conico-cylindraceum.

Habitat in maritimis prope Catanam. *A lu Signuri asciatu*.

11. Arenaria *geniculata*: procumbens; ramis elongatis, villosis, filiformibus; foliis linearibus; floribus paniculatis.

Arenaria geniculata Poiret *It.* 2. *p.* 166. *et Dict. Enc.* 6. *p.* 365.

Arenaria herniariaefolia *Desf. Atl.* 1. *p.* 359.

Alsine maritima longius radicata herniariae foliis *Bocc. Sic. p.* 18. *t.* 10. — *Cup. Hort. Cath. p.* 6. *Panph.* 1. *t.* 230. *f. mala*.

Reperi in maritimis arenosis prope Catanam, precipuae ad sepes.

12. Asparagus *horridus*: aphyllus; fruticosus; pentagonus; aculeis tetragonis, compressis, striatis.

Asparagus horridus *L. Suppl.* 203. *Cav. Ic.* 2. *p.* 30. *t.* 136. — *Desf. Atl.* 1. *p.* 307.

Asparagus sylvestris praecasso ac rigido folio acuto, nigro *Cup. Hort. Cath. p.* 24.

Asparagus sylvestris, praecrasso ac rigido folio, acuto, coerulea bacca *Cup. Panph.* 2. *t.* 165.

Reperi in littore arenoso *inter Tauromenium et Giarre*, etiam prope *la Motta S. Anastasia*.

13. Biserrula *pelecinus*.

Biserrula pelecinus *Sp. pl.* 1073. — *All. Pedem.* 1. *p.* 344. — *Gaertn. t.* 154. — *Lam. Illust. t.* 522.

Pelecinus vulgaris *Tourn. Inst.* 417. *t.*234.

Securidaca peregrina *Clus. Hist.* 2. *p.* 238.

Lunaria radiata Robini *J. B. Hist.* 2. *p.* 348.

Hedysarum congestis et utrinque lunatis siliquis *Barrel. Ic.* 1137.

Astragalus purpureus, annuus, peregrinus, siliquis utrinque Serrae similibus Moris. *Cup. Hort. Cath. p.* 26.

Habitat in Ætna.

14. Brassica *arvensis*: foliis subcarnosis, glabris; amplexicaulibus; inferioribus spathulatis, superioribus cordato-oblongis.

Brassica arvensis *Mant.* 95. — *All. Ped.* 1. *p.* 266.

Brassica campestris purpureo flore *Clus. Hist.* 2. *p.* 127.

Brassica sylvestris fabariae foliis *Bocc. Sic.* 49. *t.* 25. *f.* 3. 4. — *Cup. Hort. Cath.* *p.* 32. *cum varietate et Panph.* 2. *t.* 78.

In arvis et ad vias *Fra Paternò*, *Misterbianco*, *Regabulto*, *Centorbi &c.*

15. Bromus *sylvaticus*: spicâ simplici, nutante, secundâ, spiculis sessilibus teretiusculis; aristis glumâ longioribus; foliis pilosis.

Bromus sylvaticus *Pollich Palat.* 1. *p.* 118. *Smith Brit.* 1. *p.* 136. — *Savi Pis.* 1. *p.* 126. — *Bert. Pl. Gen. p.* 20.

Bromus pinnatus *Fl. Dan. t.* 164.

Bromus gracilis *Wild. Sp. pl.* 438.

Gramen loliaceum, corniculatum, latifolium, spicis teretiusculis angustis et glabris *Scheuchz. Agrost. p.* 36.

Gramen loliaceum corniculatum montanum, spicâ partiali subhirsutâ fragili *Scheuchz. Agrost. p.* 38.

In umbrosis et nemorosis Ætnae.

16. Bromus *madritensis*: paniculâ erecto-patente subramosâ; flosculis lanceolatis nervosis sulcatis diandris.

Bromus madritensis *Sp. pl.* 114. — *All. Pedem.* 2. *p.* 251.

Bromus incrassatus *Lam. Dict.* 1. *p.* 468.

Bromus diandrus *Curt. Lond. Ic.* — *Smith Brit.* 1. *p.* 135.

Bromus sterilis erectâ paniculâ major *Barrel. Ic.* 76. *f.* 1.

Gramen bromoides pumilum, locustis erectis majoribus aristatis *Scheuchz. Agrost.* 260.

β Idem toto habitu gracilior, monandrus.

In Ætna frequens.

17. Bromus *tectorum*: paniculâ nutante ramosâ, spiculis pubescentibus linearibus.

Bromus tectorum *Sp. pl.* 114. — *Leers. Herb. p.* 38. *t.* 10. *f.* 2. — *All. Ped.* 2. *p.* 249.

Obvius in Ætna.

18. Bupleurum *odontites*: umbellis lateralibus oppositifoliis, subsessilibus, radiis inaequalibus; involucellis pentaphyllis, lanceolato-linearibus, coloratis, longioribus.

Bupleurum odontites *Sp. pl.* 342. — *Jacq. Hort. t.* 91. — Savi *Duo Cent. p.* 63. — *All. Ped.* 2. *p.* 23.

Perfoliatum angustifolium montanum *Col. Ecphr.* 1. *p.* 84. *t.* 247.

Perfoliata minima Bupleuri folio Moris: *Cup. Hort. Cath. p.* 166.

Auriculae leporis affinis Odontites lutea Valerandi et Dalechampii *I. B. Hist.* 3. *p.* 201.

Prope Catanam inter segetes.

19. Campanula *dichotoma*: capsulis 5-locularibus obtectis; caule dichotomo; floribus cernuis.

Campanula dichotoma *Sp. pl.* 237. — *Desf. Atl.* 1. *p.* 179. — *Jacq. Collect.* 5. *p.* 36. *t.* 12.

Campanula mollis β *Wild. Sp. pl.* 910.

Campanula hirsuta Ocymi folio caulem ambiente, flore pendulo *Bocc. Sic.* 83. *t.* 45. — *Cup. Hort. Cath. p.* 35. *et Panph.* 2. *t.* 259.

Habitat in Ætna et prope Messanam.

20. Cardamine *thalictroides*: foliis simplicibus, ternatis, pinnatisque, foliolis subrotundis trilobis.

Cardamine thalictroides *All. Ped.* 1. *p.* 261. *t.* 57. *f.* 1. — *Will. Sp. pl.* 3. *p.* 484.

Cardamine Plumieri *Will. Delph.* 3. *p.* 359. *t.* 38.

Nasturtium montanum nanum rotundo Thalictri folio pyrenaeum *Bocc. Mus.* 171. *t.* 116.

Habitat in Regione elatiori M. Ætnae.

21. Carex *praecox*: spicâ masculâ solitariâ, foemineis geminis, approximatis, oblongis, sessilibus; stigmatibus tribus; fructibus subgloboso-triquetris, pubescentibus, squamam ovatam, acutam aequantibus.

Carex praecox *Wild. Sp. pl.* 4. *p.* 262. — *Jacq. Austr. t.* 46. — *Good. Trans. of Linn. Soc. v.* 2. *p.* 170.

Carex filiformis *Leers. Herb.* 204. *t.* 6. *f.* 5.

Habitat in Ætnae sylva.

22. Carex *Linckii*? spicis androgynis, subbinis, alternis, breviter pedunculatis, supernè masculis; stigmatibus tribus; axillis triquetris, laxis, utrinque acuminatis, ore vix bifidis.

Carex Linckii *Wild. Sp. pl.* 4. *p.* 222.

Carex (*gynomane*) spiculis lineari-subulatis, alternis, androgynis, supernè masculis; flosculis foemineis, laxis; stigmatibus tribus,

capsulis utrinque attenuatis binervibus subbifidis. *Bertol. Pl. Rar. It. Dec.* 2. *p.* 43.

Radix fusca, fibrosa, repens. Culmi graciles, debiles, adscendentes, a binis unciis ad pedem usque alti, triquetri, striati, glabri, basi foliosi. Folia culmo altiora, glauca, angustissimè linearia, plana, striata, margine scabra. Bracteae foliis simillimae, vaginatae, vaginis abbreviatis, pedunculo subaequalibus vel brevioribus; inferior culmo altior. Spicae androgynae, plerumque binae, raro 3, 4, aut solitariae, alternae, subexerto-pedunculatae, lineari-subulatae. Flores inferiores foeminei pauciores; superiores masculi plures. Glumae ovali-lanceolatae, acutae, dorso virides, nervosae, carinatae, margine albo- vel ferrugineo-membranaceae. Fructus glumis acuminatis breviores, laxi, patuli, triquetri, utrinque rostrati, ore sub lente bifido. Stigmata tria.

Habitat in Ætnae Regione sylvosa.

23. Carlina *corymbosa*: caule multifloro, corymboso; foliis pinnatifidis, dentatis, spinosis; radio flavo.

Carlina corymboſa *Sp. pl.* 160. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 250. — *All. Ped.* 1. *p.* 156. — *Savi Pis.* 2. *p.* 248. — *Santi Itin.* 2. *p.* 312. *t.* 8.

Acarna Apula umbellata *Col. Ecphr.* 1. *p.* 20. *t.* 27.

Habitat prope Meſſanam.

Habui ex D. Antonino Arrosto Pharmocopola peritiſſimo, doctiſſimoque Botanices noſtrae patriae cultore.

24. Catananche *lutea*: ſquamis calycinis inferioribus lanceolatis; foliis lanceolatis, dentatis, trinerviis.

Catananche lutea *Sp. pl.* 1142. — *Gaertn. De Fruct.* 2. *p.* 356. *t.* 157. — *Lam. Illustr. t.* 658. *f.* 2. — *All. Ped.* 1. *p.* 207.

Chondrilla cyanoides, lutea, Coronopi folio non diviſo *Bocc. Muſ. p.* 211. *t.* 7. — *Barrel. Ic.* 1135.

Stoebe Plantaginis folio *Alp. Exot.* 287. *t.* 286. — *Cup. Hort. Cath. p.* 208.

Stoebe Plantaginis folio anguſto, Ptarmicae Auſtriacae capitulo *Cup. Panph.* 2. *t.* 241.

Chondrilla lignosa hirsuta, Plantaginis folio dentato lato, Ptarmicae Austriacae capitulo *Bonan. t.* 98.

Reperi prope Catanam in humidiusculis.

25. Caucalis *maritima*: humilis, pubescens; foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis, linearibus; umbellâ universali 2-5fidâ, partialibus subtrispermis.

Caucalis maritima *All. Ped.* 2. *p.* 32. — *Cav. Ic.* 2. *p.* 1. *t.* 101. — *Savi Pis.* 1. *p.* 292. — *Desf. Atl.* 1. *p.* 238.

Caucalis pumila *Will. Sp. pl.* 1385.

Daucus muricatus β *Lin. Mant.* 352.

Daucus maritimus *Gaert.* De *Fruct.* 1. *p.* 80. *t.* 20.

Caucalis involucro universali diphyllo; partialibus penthaphyllis *Ger. Prov.* 137. *t.* 10.

Caucalis marina; purpurea, Pastinacae sylvestris tenuifoliae folio, echinophoro semine umbellata *Cup. Panph.* 2. *t.* 126. *et Hort Cath. p.* 42. — *Bonan. t.* 130.

Habitat in arenosis maritimis prope Catanam.

26. Centaurea *crupina*: calycibus inermibus, squamis lanceolatis; foliis pinnatis scabris, pinnulis serrulatis linearibus acutis.

Centaurea crupina *Sp. pl.* 1285. — *All. Ped.* 1. *p.* 157. — *Deſf. Atl.* 2. *p.* 292.

Chondrilla purpurea tenuifolia, capite Jaceae, ſemine Cardui *Barr. Ic.* 1136.

Centaurium capitatum ciliare annuum foliis laciniatis ſerratis Moris. *Cup. Hort. Cath. p.* 43.

Reperi prope la Motta S. Anaſtaſia.

27. Centaurea *napifolia*: calycibus palmato-ſpinoſis; foliis decurrentibus ſinuatis ſpinuloſis, radicalibus lyratis.

Centaurea napifolia *Sp. pl.* 1295. — *Deſf. Atl.* 2. *p.* 297.

Jacea peregrina napifolia echinatis capitulis caule alato *Pluk. Alm.* 192. *t.* 94. *f.* 2.

Jacea cyanoides purpurea alato caule *Cup. Panph.* 2. *t.* 184.

Habitat prope Catanam in arenoſis maritimis.

28. Centaurea *paniculata* : calycibus ciliatis, ovatis, adpressis; foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis; caule paniculato.

Centaurea paniculata *Sp. pl.* 1289. — *All. Ped.* 1. *p.* 159. — *Savi Duo Cent. p.* 188. — *Bertol. Pl. Gen. p.* 116. — *Jacq. Austr.* 4. *t.* 320.

Centaurii majoris species tenuifolia *J. B. Hist.* 3. *p.* 31.

Jacea montana dilutè purpurea decumbens, capitulis parvis et multis, Cardui stellati nascentis foliis *Cup. Panph.* 1. *t.* 20.

In Ætna reperi.

29. Centaurea *salmantica* : calycibus setulà reflexâ spinosis, glabris; foliis lyrato-runcinatis, serratis.

Centaurea salmantica *Sp. pl.* 1299. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 303. — *Jacq. Hort. t.* 64.

Stoebe salmantica prima *Clus. Hist.* 2. *p.* 9. — J. *B. Hist.* 3. *p.* 36.

Aphyllantes primum *Dod. Pempt.* 125.

Reperi inter Misterbianco e la Motta S. Anastasia.

30. Centaurea *spherocephala*: calycibus palmato-spinosis; foliis semidecurrentibus: inferioribus lyrato-pinnatifidis, petiolatis; superioribus sessilibus amplexicaulibus.

Centaurea spherocephala *Wild. Sp. pl.* 3. *p.* 2311. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 298.

Centaurea coespitosa *Cyril. Pl. Rar. fasc.* 1. *p.* 24. *t.* 8.

Jacea maritima incana capite purpureo spinoso major *Barrel. Ic.* 1217.

Jacea marina purpurea, humum sternens, Cichorii folio *Cup. Hort. Cath. p.* 101. *et Sppl. alt. p.* 41.

Jaçea cyanoïdes marina supina, Cyani Turcici quodammodo foliis spinosis, flore purpureo *Cup. Panph.* 1. *t.* 193.

Reperi prope Catanam in arenis ad littora maris.

31. Crepis *leontodontoides*: foliis runcinatis, dentatis, petiolis hirtis; scapo subnudo adscendente; squamis calycinis exterioribus linearibus adpressis.

Crepis leondontoides *Wild. Sp. pl.* 3. *p.* 1593. — *All. Auct. ad fl. Ped. p.* 13.

Barkausia leontodon *Lam. et Dec. Fl. Gall.* 4. *p.* 43.

Habitat in sylva et ad sepes umbrosas M. Ætnae.

52. Euphorbia *terracina?* (a) umbellâ quinquefidâ dichotomâ; foliis obcordato-cuneiformibus, lanceolatisque, margine tenuissimè serrulatis; nectarii cornibus setaceis; capsulâ laevi.

Euphorbia terracina *Sp. pl.* 654.

Tithymalus marinus, folio retuso, terracinus *Barrel. Ic.* 833.

Frutex sesqui-vel bipedalis, laetè viridis, glaber, foliis, involucris, involucellisque margine tenuissimè serrulatis, apice mucronulatis. Radix lignosa. Caulis prima sua etate subsimplex, dein e basi ramosissimus, ramis teretibus, erectis vel patulis, infernè una

---

(a) Euphorbia italica Syn. H. R. P.

cum caule rubescentibus, apice floriferis. Folia sparsa, figurâ varia: in ramis junioribus obcordato-cuneiformia vel spathulato-oblonga, in caule primario, ramisque adultioribus lanceolata, acuta, 1-2uncias longa, 2-5lineas lata. Umbella quinquefida dichotoma aut bifida cum flore solitario fertili in bifurcatione radiorum, ramis axillaribus paucis vel nullis. Involucri foliola ovato-lanceolata. Involucella, cordato-reniformia, basi subtruncata, serraturae dentibus aliquot prominentioribus, hinc sinu quandoque excavata. Nectaria quatuor semiorbicularia, flava, bicornia, cornibus setaceis. Capsulâ omnino laevis, glabra. Semina alba vel grisea, ovoidea, levissima, funiculo umbilicali pileato, pileo orbiculari, umbonato.

Habitat in Ætnae Regione Pedemontana et etiam in arenosis maritimis prope Carenim.

33. Festuca *uniglumis*: paniculâ secundâ, erectâ, subsimplici; flosculis subulatis compressis aristatis; calycis valvulâ alterâ brevissimâ.

Festuca uniglumis *Smith Brit.* 1. *p.* 118. — *Wild. Sp.* 1. *p.* 423.

Stipa membranacea *Sp. pl.* 116. ?

Habitat in arenosis maritimis prope Catanam.

34. Festuca *divaricata*: culmo basi geniculato; spiculis compressis, elongatis, muticis, paniculato-divaricatis.

Festuca divaricata *Desf. Atl.* 1. *p.* 89. *t.* 22. *Pers. — Syn. pl.* 94.

Habitat in arenosis maritimis prope Catanam.

35. Frankenia *pulverulenta*: floribus solitariis, petalis subrepandis; foliis subrotundo-ovatis, subtus pulverulentis.

Frankenia pulverulenta *Sp. pl.* 474. — *Savi Duo Cent. p.* 92. — *Lam. Illustr. t.* 262. *f.* 3. — *Desf. Atl.* 1. *p.* 316. — *All. Ped.* 2. *p.* 90.

Anthyllis maritima, Chamesicae similis C. B. P. *Cup. Hort. Cath. p.* 19.

Anthyllis valentina *Clust. Hist.* 2. *p.* 186.

Habitat in littoribus maritimis prope Catanam *a lu Signuri asciatu, a l' Ognina etc.*

36. Fritillaria *meleagris*: foliis omnibus alternis; caule unifloro; nectario lineari.

Fritillaria meleagris *Sp. pl.* 436. — *Desf. Atl.* 1. *p.* 433. — *Curt. Lond. Ic.* — *Lam. Illustr. t.* 425. *f.* 1. — *Œder. Fl. Dan. t.* 972. — *All. Ped.* 2. *p.* 160. — *Jacq. Austr. Append. t.* 32.

Meleagris *Dod. Pempt.* 233.

Fritillaria *Clus. Hist.* 152.

Meleagris sive Fritillaria saturatior et dilutior *J. B. Hist.* 2. *p.* 681.

Habitat prope Messanam *a lu Stoppu*. D. Arrosto communicavit.

37. Geranium *laciniatum*: foliis radicalibus cordato-ovatis, inciso-lobatis; caulinis bipinnatifidis; pedunculis folio longioribus multifloris; caule prostrato.

Geranium laciniatum *Cav. Ger. p.* 228. *t.* 113. *f.* 3. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 110.

Geranium marinum, Malvae folio oblongo asperiusculo, quinque petalis distincto *Cup. Panph.* 2. *t.* 257.

Geranium Altheae folio tenuiter dissectum *Cup. Panph.* 2. *t.* 11.

Geranium marinum humicaule Altheae fo-

lio Argemones coesura *Cup. Panph.* 2. *t.* 150.

Geranium marinum, Altheae foliis pulchrè laciniatis, petiolis cruentis, flore rubello, vel purpureo-rubro. *Cup. Hort. Cath. p.* 85. *et Suppl. Alt. p.* 32.

Geranium marinum Argemones foliis *Cup. Hort. Cath. ibidem.*

In arenis ad littora maris prope Catanam reperi.

38. Geranium *ciconium*: pubescenti-viscidum: pedunculis multifloris; foliis bipinnatifidis, dentatis, costâ inter pinnas dentatâ; caule adscendente.

Geranium ciconium *Sp. pl.* 952. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 112. — *Cav. Ger. p.* 228. *t.* 95. *f.* 2. — *Jacq. Hort. t.* 18. — *Savi Pis.* 2. *p.* 120. — *All. Ped.* 2. *p.* 35.

Geranium apulum coriandrifolium *Col. Ecphr.* 1. *p.* 136. *t.* 135.

Geranium Chrysanthemi cretici folio Neapolitanum *Bocc. Mus. p.* 39. *t.* 83.

Geranium speciosum, Matricariae crescen-

tis quodantenus foliis, acu longissimâ ac robustissimâ odorum *Cup. Hort. Cath. p.* 85. *et Suppl. Alt. p.* 32

Reperi prope Catanam *in Villa Rascosa.*

39. Hedyssarum *pallidum*: cano-cinerascens; caule procumbente; foliis pinnatis, ellipticis, subtu pubescentibus; lomenti articulis subrotundis muricatis.

Hedyssarum pallidum *Desf. Atl.* 2. *p.* 177. — *Will. Sp. pl.* 3. *p.* 1210.

Onobrychis major humi projecta, longulo cordato foliolo, floribus rubris, clypeatis articulatis siliquis sparsis *Cup. Hort. Cath. p.* 156. *et Suppl. Alt. p.* 66.

Hedysarum minus purpureum repens siliquis clypeatis sparsis. *Cup. Panph.* 2. *t.* 136. — *Bon. t.* 100.

Habitat in collibus prope Catanam *nella contrada di Pintudattilu.*

40. Hesperis *ramosissima*: pubescens, incana; caule ramosissimo; foliis lineari-lanceolatis, dentatis obtusis; siliquis pedunculatis.

Hesporis ramosissima *Will. Sp. pl.* 3. *p.* 532.

Hesperis ( ramosissima; ) pubescens foliis lanceolatis dentatis; siliquis subsessilibus torulosis filiformibus bimucronatis *Desf. Atl.* 2. *pag.* 1. *t.* 161.

Folia inferiora obovata, petiolata; superiora sessilia, lineari-oblonga vel lanceolata, obtusa, omnia parcè denticulata, quandoque subintegerrima. Siliquae pedunculate, lineares, torulosae, teretes, patentes mucronulo obtuso apice terminatae. An ideo diversa species?

Habitat in arenosis maritimis prope Catanam.

41. Hordeum *maritimum*: flosculis lateralibus masculis brevius aristatis, dorso glabris; flosculorum lateralium foliolo interiore semiovato.

Hordeum maritimum *Smith Brit.* 1. *p.* 156. *Fl. Dan. t.* 630. — *Persoon Syn. pl.* 1. *p.* 108.

Hordeum geniculatum *All. Ped.* 2. *p.* 259. *t.* 91. — *Savi Pis.* 1. *p.* 146.

Gramen hordeaceum pumilum Clusii *Cup. Panph.* 2. *t.* 82. *et Hort. Cath. p.* 89.

Gramen spicatum secalinum maritimum minus *Scheuchz. Agrost.* 18.

Reperi prope Catanam in arenosis maritimis.

42. Hordeum *strictum*: flosculis lateralibus masculis muticis, involucris aristatis scabris, radice bulbosâ.

Hordeum strictum *Desf. Atl.* 1. *p.* 115. *t.* 137. — *Persoon Sin. pl. p.* 108.

Hordeum bulbosum *Bert. Pl. Gen. p.* 25. — *Viviani Fragm. It. ap. Ann. bot. vol.* 1. *part.* 2. *p.* 147. — *Desf. Atl.* in emendationibus ad calcem secundi voluminis, (non *Lin.* secund. *Persoon*).

Hordeum nodosum *Savi Duo cent. p.* 37.

Gramen hordeaceum leptocaulos praealtum macrostenostachyon *Cup. Panph.* 1. *t.* 114. et *Hort. Cath. p.* 89.

Gramen secalinum bulbosâ radice seu ex Aleppo Bauhini *Scheuchz. Agrost. p.* 19.

In Ætnae locis gramineis.

43. Hyppochaeris *arachnoides*: foliis dentato-sinuatis; caule ramoso, nudo; pappis disci stipitatis plumosis, radii sessilibus, setis basi arenoso-plumosis.

Hyppochaeris arachnoides *Poiret* Dict. *Enc.* 5. *p.* 572. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 238. *sub minima.*

Hyppochaeris minima *Wild. Sp. pl.* 3. *p.* 1621.

Foliis plerumque piloso-setosis, calycibus poenitus glabris in Ætna occurrit.

44. Iris *pumila:* barbata; scapo unifloro foliis ensiformibus glabris breviore; tubo exerto; petalis oblongis obtusis.

Iris pumila *Sp. pl.* 56. — *Jacq. Autr. t.* 1.

Chamaeris latifilia minor *Clus. Hist.* 1. *p.* 225. *et* 226.

Iris lutea, praecox, purpuro-rubro labello magno, dimisso, margine lutea *Cup. Hort. Cath. p.* 103

Iris lutea labello purpureo atrorubente margine luteo *Cup. Panph.* 2. *t.* 260. — *Bon. t.* 17.

Multiplices hujus Iridis varietates ad tres utpote primarias reduci possunt.

α Flore violaceo.

β Flore luto.

δ Laciniis corollae interioribus luteis, exterioribus violaceis.

Habitat in collibus propè Catanam. *Nella contrada di S. Gregorio.*

45. Iris *sisyrinchium*: vix barbata; foliis linearibus, canaliculatis, reflexis; bulbis superimpositis.

Iris sisyrinchium *Sp. pl.* 59. — Desf. *Atl.* 1. *p.* 38.

Sisyrinchium medium C. B. P. *Cup. Hort. Cath. Suppl. alt. p.* 83.

Sisyrinchium majus et minus *Clus. Hist.* 1. *p.* 216.

Iridi bulbosae affinis sisyrinchium majus et minus *J. B. Hist.* 2. *p.* 708.

Scapus multiflorus, floribus singillatim matutinis aut vespertinis oris e spatha prodeuntibus, mox sub sole marcescentibus. Petala violacea, rarissimè alba. Tria exteriora majora, reflexa cum maculâ helvolâ ad basin laminae, nequaquam vero loco barbae. Hujus enim lineola lutea per medium unguis evidenter excurrit. Folia reflexa, arcuatim flexuosa nec undulata.

Habitat in arvis et ad littora maris prope Catanam, Panormum &c.

46. Iris *tuberosa*: imberbis, foliis tetragonis.

Iris tuberosa *Sp. pl.* 58.

Iris tuberosa folio anguloso C. B. P. *Cup. Hort. Cath. p.* 103.

In Ætnae campis.

47. Linaria *pelisseriana*: foliis surculinis ovatis ternis, caulinis linearibus alternis; calcaribus flore longioribus.

Antirrhinum pelisserianum *Sp. pl.* 855. — *All. Ped.* 1. *p.* 66.

Linaria annua purpureo-violacea, calcaribus longis, foliis imis rotundiribus *Magn. Monsp.* 159.

Chamoelinaria violacea Italica *Barr. Ic.* 1162

Linaria tenuis spanophylla Tithymali Ciparissii folio, flore purpureo *Cup. Panph.* 1. *t.* 229.

Linaria gracillima spanophyllla minoribus paucisve floribus *Cup. Hort. Cath. p.* 113.

In Ætnae campis.

48. Linaria *reticulata* (a) foliis linearibus canaliculatis sparsis, surculorum radicalium subquinis; racemis elongatis, rachi calycibusque pubescentibus.

---

(a) Antirrhinum subulatum Syn. H. R. P.

Linaria reticulata *Desf. Atl.* 2. *p.* 48.

Antirrhinum reticulatum *Will. Sp. pl.* 3 *p.* 247. — *Vent. Dict. Enc.* 4. *p.* 357.

Antirrhinum pinifolium *Poiret It.* 2. *p.* 193.

Linaria sicula multicaulis mollaginis folio *Boc. Sic.* 38. *t.* 19. *f.* 1. — *Cup. Hort. Cath.* *p.* 113.

Linaria angustifolia vulgari similis Ray *Cup. Hort. Cath. Suppl. alt. p.* 55.

Linaria lutea folio capillo paulo crassiori *Cup. Panph.* 2. *t.* 65.

N. Synon. Bocc. hic certo spectat. Antirrhinum *multicaule* nondum in Sicilia inventum, quamvis Siculum fecerit Linnaeus.

Flores luteum colorem præ se ferentes palatu variant venis purpureis reticulatis picto vel avenio. Bracteae pedunculo floris longiores, fructus vero breviores.

Habitat in Ætna, prope Panormum et alibi frequenter in campis.

49. Lotus *parviflorus*: hirsutus, foliolis obovatis, stipulis subcordatis; pedunculis multifloris;

calycibus corollam aequantibus.

Lotus parviflorus *Desf. Atl.* 2. *p.* 206. *t.* 211. — *Willd. Sp. pl.* 3. *p.* 1394.

Habitat prope Messanam *all'Arcipeschiere* D. Arrosto.

50. Marchantia *glauca*: glabra; receptaculis foemineis in lineam ordinatis, trilobis, lobis latere dehiscentibus.

Marchantia triloba *Gmel. Syst. nat.* 9. *p.* 1354.?

T. 3. Dioica, rarius monoica. Frons prolifera, plana, parum pinguis, terrae incumbens, cuneiformis, integra vel bifida lobis apice obtusis, emarginatis sinu ciliorum incurvorum capillitium ex albido fusco - purpurascentium amplectente, pagina superiori glauca, glaberrima, absque nempe granulis cellulisve prominentibus nec ullo sulco exarata; infernè membranâ tecta atro - purpureâ, squamatim lacerâ, fibrillis longis confertissimis rufis e costa prodeuntibus radicans, margine libero, crispato;

Fl. Masc. Peltae granulatae, sessiles, scabrae, in lineam longitudinalem supra pronam frondis superficiem ordinatae, coronâ ciliorum basi cinctae.

Foem. Receptacula sive Perichetia in lineam pariter disposita, stipitata stipite 3-4 lineas longo, pellucido, pilorum fasciculo insertionis loco vaginato, bi vel tricocca, coccis singulis bivalvibus, latere erumpentibus; intus unicapsuliferis. Capsulae nigrae, sphericae, uniloculares, seminibus numerosis fuscis, elateriis affixis refertae, absque ullo ordine dehiscentes.

Habitat in Ætnae fissuris rupium.

51. Nardus *aristata*: spicâ setaceâ, incurvâ, calycibus aristatis.

Nardus aristata *Sp. pl.* 78. — *All. Ped.* 2. *p.* 231. — *Savi Duo Cent. p.* 12. — *Villars Delph.* 2. *p.* 58. *t.* 2.

Rottbollia monandra *Cav. Ic. t.* 39. *f.* 1. — *Viviani Fragm. Ital. apud Ann. bot. vol.* 1. *p.* 2. *pag.* 147.

Gramen exile arundinaceum minimum acumine reflexo *Bocc. Mus. 74. t. 57.* — *Scheuchz. Agrost. 401. t. 8. f. 7. K.*

Gramen junceum nodosum minimum capillare *Barr. Ic. 117. f. 1.*

Habitat in siccis et sterilibus prope Messanam. D. ARROSTO.

52. Ononis *variegata*: floribus subpedunculatis, axillaribus; foliis simplicibus, obovatis, striatis, nervosis; stipulis ovatis dentatis; caule procumbente.

Ononis variegata *Sp. pl.* 1008. — *Savi Duo Cent. p.* 136. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 142. *t.* 185.

Anonis maritima mitis folio lucido serrato *Bocc. Sic. 7. t. 38. f. 3.* — *Cup. Panph. 2. t. 25.*

Anonis maritima lenis, rigidiusculo folio integro, alte crenato *Cup. Hort. Cath. p.* 18. *et Suppl. Alt. p.* 8.

Habitat prope Catanam in arenis ad littora maris cum sequentibus.

53. Ononis *ramosissima*: pubescenti-viscida; pedunculis unifloris, aristatis, folio duplo lon-

gioribus; foliis ternatis, lineari-obovatis; floribus cernuis.

Ononis ramosissima *Desf. Atl.* 2. *p.* 142. *t.* 186. — *Willd. Sp. pl.* 3. *p.* 1006.

Anonis viscosa spinis carens lutea major B. Polifolio crispo *Cup. Panph.* 1. *t.* 156. *et Hort. Cath. p.* 17.

Anonis lutea major serratis foliis, crispis, viscosis *Cup. Hort. Cath. Suppl. alt. p.* 8.

Ononis *mitissima*: floribus sessilibus spicatis; bracteis stipularibus, ovatis, ventricosis, scariosis, imbricatis.

Ononis mitissima *Sp. pl.* 1007.

Anonis alopecuroides mitis annua purpurascens *Dill. Elth. t.* 24. *f.* 27.

Anonis purpurea trifolia serrata hirsuta, floribus in Thymi capitulum nutans arrectis *Cup. Panph.* 2. *t.* 181. — *Hort. Cath. p.* 18.

T. 4. Ophrys *tenthredinifera*: bulbis subrotundis caule folioso; nectarii labio villoso, obcordato, appendiculato, appendiculâ sursum versâ; petalis patentibus obtusis; operculis brevissimis villosis.

f 2

Ophrys tenthredinifera *Willd. Sp. pl.* 4. *p.* 67.

Ophrys insectifera A rosea *Desf. Atl.* 2. *p.* 320.

Orchis ornifuciflora genata rubiginea ambitu viridi *Cup. Panph.* 1. *t.* 179. — *Bonan. t.* 28.

Orchis orniflora, amplo dubello genato, rubigineo, ambitu viridi, larvulam fictitante *Cup. Hort. Cath. p.* 158.

Habitat in collibus prope Panormum, Catanam &c.

56. T. 5. Ophrys *lutea*: bulbis subrotundis, caule folioso; nectarii labio apice trilobo; lobo medio productiori, rotundato, emarginato, mutico; petalis patentibus, concavis; operculis lanceolatis, duplo brevioribus.

Ophrys lutea *Willd. Sp. pl.* 4. *p.* 60. — *Cav. Ic.* 2. *p.* 46. *t.* 160. — *Viviani Fragm. Ital. ap. An. bot. vol.* 1. *part.* 2. *pag.* 185.

Ophrys insectifera ε *Sp. pl.* 1343.

Habitat in collibus et pratis prope Panormum, Catanam &c.

57. Ophrys *aranifera*: bulbis subrotundis caule fo-

lioso; nectarii labio convexo, rotundato, villoso, cum binis lineolis glabris, integro vel trifido, segmento medio emarginato; petalis patentibus; operculis lanceolatis brevioribus.

Ophrys aranifera *Wild. Sp. pl.* 4. *p.* 66. — *Bertol. Pl. Gen. p.* 123. — *Smith Brit.* 3. *p.* 939.

Orchis fucifera *Curt. Lond. Ic.*

Orchis fucum referens colore rubiginoso *Vaill. Par.* 146. *t.* 31. *f.* 15. 16.

Orchis ornifuciflora purpurea fuliginea torqueta *Cup. Panph.* 2. *t.* 234.

Orchis Psittaco - fuciflora fuliginea *Bonan. t.* 37.

Bulbi ovato - subrotundi. Caulis spithameus, teres, erectus, foliosus. Folia radicalia et caulina inferiora patentia, oblongo-lanceolata, striata, basi vaginantia, tres uncias longa, decem lineas circiter lata; caulina superiora sic ut bracteae spathiformia, erecta. Flores inodori in Rachi longâ subtriquetrâ rarè spicati. Bracteae flore parum breviores. Petala viridia, in triangulum expansa, ovato - lan-

ceolata, dorso carinata, margine revoluta. Opercula pariter patentia, linearia vel lanceolata; petalis breviora, e virid olivaceo dilutè purpurascentia; margine undulis crispata vel plana. Nectarii labium rotundatum, convexum, saepius integrum, aliquando trifidum, segmento medio emarginato, mutico vel breviter appendiculato, tuberculis duobus ad basin praeditum micantibus ac si oculi; ambitu flavescens, glabrum, disco holo-sericeum, fusco-purpureum cum binis protuberantiis binisque lineis glabratis lucidis e transversali parallelè decurrentibus. Columna porrecta, acuta, fornicata. Germen lineare exagonum.

Frequens in pascuis collibusque circa Panormum Catanam &c.

58. Orchis *sambucina*: bulbis palmatis; caule folioso; nectarii labio laeviter trilobo crenato; petalis binis lateralibus reflexis; cornu conico germine paulo breviore; bracteis florum longitudine.

Orchis sambucina *Sp. pl.* 1334. *Fl. Svec.*

312. — *Jacq. Austr. t.* 108. — *Bertol. Pl. Gen. p.* 121.

Orchis pannonica VIII. *Clus. Hist. t. p.* 269.

Variat floribus flavis, incarnatis et purpureis.

Habitat in Ætnae regione elatiori, et silvis.

59. Orchis *laxiflora*: bulbis subrotundis, caule folioso; nectarii labio trilobo, denticulato, lobo medio emarginato; petalis binis lateralibus reflexis; foliis lineari-ensiformibus.

Orchis laxiflora *Lam. et Dec. Fl. Gall.* 3. *p.* 247. — *Poiret* Dict. *Enc.* 4. *p.* 591.

Orchis ensifolia *Villars* Delph. 2. *p.* 29. — *Wild. Sp. pl.* 4. *p.* 25.

Orchis morio foemina procerior majori flore *Vaill. Paris.* 150. *t.* 31. *f.* 33. 34.

Orchis palustris lobato atro-purpureo flore, angustiori folio *Bonan. t.* 32. — *Cup. Panph.* 2. *t.* 221.

Habitat prope Catanam *a lu Pantanu*, et prope *la Piana delli Greci* locis udis *della Pizzuta*.

60. Orchis *variegata*: bulbis subrotundis, caule folioso; nectarii labio tripartito, laevi, lobis apice dentatis, medio majori emarginato cum mucronulo interjecto; cornu bracteisque germine brevioribus.

Orchis variegata *Wild. Sp. pl.* 4. *p.* 21. — *Bertol. Pl. Gen. p.* 119. — *Jacq. Collect.* 2. *p.* 257. — *Ic. rar.* 3. *t.* 599.

Orchis seu Cynosorchis galeata purpurea leucosticta, sponsam ornatam effingens *Bonan. tab.* 35. — *Cup. Hort. Cath. Suppl. alt. p.* 63. — *Panph.* 2. *t.* 165.

Habitat in Ætna et in Montibus circa Panormum.

61. Orchis *undulatifolia*: bulbis ovatis, caule folioso; nectarii labio tripartito, scabro, laciniis lateralibus angustissimis, mediâ elongatâ, bifidâ, appendiculatâ; foliis undulatis, maculatis.

Orchis longicruris *Will. Sp. pl.* 4. *p.* 22.?

T. 6. Bulbi duo ovati majusculi fibris duplici ordine superimpositis; Caulis erectus, foliosus, infernè teres, supernè angulatus;

sulcatusque; ad pedem usque altus. Folia glauca, purpureo-maculata, undulata, 3-4 uncias longa, 8-10 lineas in maximo diametro lata: radicalia et caulina inferiora patentia, oblongo-lanceolata, caulina superiora erecta vaginantia. Flores odori in spicâ densâ, ovatâ. Petala rosea vel albo-carnea nervis saturatioribus, lanceolata, acuta, distincta, conniventia in cucullum, opercula machinulamque genitalem tegentem. Nectarii cornu germine intorto, lineari, exagono, duplo ferè brevius, infernè compressum, obtusum, laeviter emarginatum. Labium rubro-punctatum, scabrum, tripartitum, laciniis lateralibus angustissimis, mediâ elongata bifidâ cum appendiculà lineari-subulatâ interjectà. Bracteae albo-membranaceae, germine duplo triplove breviores, macula vel lineolis rubris persepè notatae, apice acutae, quandoque dentatae.

Fl. Majo.

Habitat in collibus prope Catanam *nella contrada di Pintufattilu*.

62. Osmunda *lunaria*: fronde pinnatâ, basi spiciferâ, pinnulis lunulatis crenatis.

Osmunda lunaria *Sp. pl.* 1519. — *All. Ped.* 2. *p.* 282. — *Lam. Illustr. t.* 865. *f.* 1. — *Fl. Dan. t.* 18.

Botrychium lunaria *Lam. et Dec. Fl. Gall.* 2. *p.* 569.

Lunaria minor *Matth.* — *Camer. Epist.* 643.

Lunaria botrytis *J. B. Hist.* 3. *p.* 709.

Habitat in pascuis elatioribus M. Ætnae.

63. Phalaris *alpina*: paniculâ cylindricâ, tenui, spiciformi; glumis calycinis mucronatis, linearibus, dorso ciliatis.

Phalaris alpina *Lam. et Dec. Fl. Gall.* 3. *p.* 9. — *Persoon Syn. Pl.* 1. *p.* 79.

Phalaris phleoides *Savi Pis.* 1. *p.* 58. (*non Lin.*).

Phleum Michelii *All. Ped.* 2. *p.* 233.

Phleum phalaroideum *Vill. Delph.* 2. *p.* 233.

Gramen tiphynum junceum perenne *Barr. Ic.* 21. *f.* 2.

Gramen Tiphoides alpinum, spicâ graci-

liori, delicatâ et villosâ *Scheuchz. Agrost. p. 65.*

Gramen spicatum, saxatile, glabrum, perenne, spicâ cylindraceâ, rufuscente, longâ, locustis acutis cilii instar pilosis *Tilli Hort. Pis. p.* 72.

Habitat in pascuis elatioribus M. Ætnae.

64. Polypodium *leptophyllum*: frondibus bipinnatis, sterilibus brevissimis; pinnis cuneiformibus, lobatis.

Polypidium leptophyllum *Sp. pl.* 1553.

Osmunda leptophylla *Savig. Dict. Enc.* 4. *p.* 657.

Acrosticum leptophyllum *Lam. et Dec. Fl. Gall.* 2. *p.* 565.

Adianthum filicinum leptophyllum elatius hispanicum *Barr. Ic.* 431.

Habitat in Ætnae rimis petrarum humidis.

65. Ranunculus *flammula*: foliis ovato-lanceolatis, obtusiusculis, petiolatis; caule declinato.

Ranunculus flammula *Sp. pl.* 772. — *Curt. Lond. Ic.* — *Fl. Dan. t.* 575. — Desf. *Atl.* 1. *p.*

435. — *Savi Pis.* 2. *p.* 24. — *All. Ped.* 2. *p.* 48.

Flammula Ranunculus *Dod. Pempt.* 432.

Habitat in locis humidis prope Catanam *a lu Pantanu.*

66. Ranunculus *hirsutus*: calycibus retroflexis, acuminatis; caule erecto, multifloro, hirsuto; foliis inferioribus trilobatis vel ternatis, inciso-crenatis; radice fibrosa.

Ranunculus hirsutus *Smith Brit.* 2. *p.* 592. — *Curt. Lond. Ic.*

Ranunculus phylonitis Poiret *Dict. Enc.* 6. *p.* 118. — *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 1324.

Ranunculus agrarius *All. auct. p.* 27. — *Poiret Dict. Enc.* 6. *p.* 117.

Ranunculus intermedius *Poiret* Dict. *Enc.* 6. *p.* 116.

Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirsutis J. *Bauh. Hist.* 3. *p.* 417.

Habitat prope Catanam cum precedenti.

67. Ranunculus *spicatus*: foliis radicalibus rotundatis, lobatis incisis; caule simplici, villoso; paucifloro; seminibus longe spicatis.

Ranunculus spicatus *Desf. Atl.* 1. *p.* 438. *t.* 115. — *Lam. et* Dec. *Fl. Gall.* 4 *p.* 898.

Habitat prope *la Piana delli Greci* locis udis *della Pizzuta*. P. Russo.

68. Rumex *spinosus*: floribus androgynis; calycibus foemineis monophyllis, valvulis exterioribus reflexis, spinosis.

Rumex spinosus *Sp. pl.* 481.

Beta cretica semine aculeato *C. Bauh. Prod.* 57.

Beta cretica semine spinoso J. *Bauh. Hist.* 2. *p.* 962. — *Cup. Hort. Cath. p.* 29.

Habitat in pascuis M. Ætnae et etiam prope Panormum *all' Abbate*.

69. Rumex *scutatus*: floribus hermaphroditis; foliis cordato-hastatis.

Rumex scutatus *Sp. pl.* 480. — Desf. *Atl.* 1. *p.* 321. — *All. Ped.* 2. *p.* 203.

Oxalis rotundifolia *Dod. Pempt.* 649.

Acetosa atro-virenti folio Ætnensis *Cup. Hort. Cath. p.* 3.

Oxalis folio rotundiore repens J. B. *Hist.* 2. *p.* 991.

β. Idem foliis glaucis, caulibus basi persistentibus.

Rumex glaucus *Jacq. Ic. rar.* 1. *t.* 67. — *Collect.* 1. *p.* 64.

Acetosa rotundifolia hortensis, subrotundo folio candicante *Cup. Hort. Cath. ibidem.*

Habitat in Ætna. Variet. α inter acervos arenarum regionis elatioris, β inter lapides regionis Pedemontanae.

70. Scorzonera *resedifolia*: foliis linearibus, pinnatifidis, dentatis, glabris; calycibus apice albido-cartilagineis; caule erecto.

Scorzonera resedifolia *Sp. pl.* 1113.

Chondrilla sicula, tragoponoides, maritima *Bocc. Sic. p.* 13. *t.* 7. *f.* 4. *et C.*

Habitat in arenosis maritimis prope Catanam.

71. Scrophularia *lucida*: foliis inferioribus subbipinnatifidis, dentatis, glaberrimis, lucidis; racemis dichotomis; tubo corollae lamellula instructo.

Scrophularia lucida *Sp. pl.* 865. — *Desf.*

*Atl.* 2. *p.* 54. — *All. Ped.* 1. *p.* 70.

Scrophularia glaucofolio in amplas lacinias diviso *Tournef.* *It.* 1. *p.* 221.

Scrophularia saxatilis, lucida, laserpitii Massiliensis folio *Bocc. Mus. t.* 117.

Scrophularia cretica prima *Clus. Hist.* 2. *p.* 209.

Habitat in Ætnae prima regione sive Pedemontana.

Scutellaria *Columnae*: foliis oblongis, cordatis, serratis, pubescentibus; spicis elongatis, secundis; bracteis petiolatis, ovatis, calyce brevioribus.

Scutellaria Columnae *Wild. Sp. pl.* 3. *p.* 175. — *All. Ped.* 1. *p.* 40. *t.* 84. *f.* 2.

Cassida *Columν. Ecphr.* 1. *p.* 187. *t.* 189.

Scutellaria peregrina folio Lamii *Cup. Hort. Cath. p.* 198.

In Ætna frequens precipuè prope *li Casedli a lu Milu*.

72. Senecio *viscosus*: corollis revolutis, foliis pinnatifidis, viscidis; squamis calycinis laxis, longitudine perianthii.

Senecio viscosus *Sp. pl.* 1217. — *All. Ped.* 1. *p.* 200.

Senecio hirsutus, viscidus, graveolens *Dill. Elth. t.* 258. *f.* 336.

Senecio hirsutus viscidus major odoratus J. B. *Hist.* 2. *p.* 204.

Habitat in Ætna prope *Misterbianco* ad rudera.

73. Senecio *crysanthemifolius*: radio patente; foliis ex integro profundè bipinnatifidis, dentatis, margine subrevolutis: inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus; caule ramosissimo.

Senecio crysanthemifolius *Poiret Dict. Enc.* VII. *p.* 96.

Jacobaea sicula Chrysanthemi facie *Bocc. Sic. p.* 66. *t.* 67. — *Bonan. t.* 162. — *Cup. Panph.* 1. *t.* 105. — *Hort. Cath. p.* 102.

Jacobaea Ætnea Persici folio crasso glauco *Bonan. t.* 168. — *Cup. Panph.* 1. *t.* 70.

Jacobaea Ætnica Chrysanthemi segetum Lob. folio umbellifera *Bonan. t.* 167. — *Cup. Panph.* 2. *t.* 139.

Jacobaea orinos, latifolia, Isatidis sativae folio, laeviter dentato, Ætnensis *Bonan. t.* 161. — *Cup. Panph.* 2. *t.* 43.

Jacobaea Ætnensis, folio oblongo, laciniato, nervoso *Bonan. t.* 161. — *Cup. Panph.* 2. *t.* 43.

Jacobaea laciniata cornu cervi, forcellae modo *Bonan. t.* 160. — *Cup. Panph.* (apud Catanam) 1. *t.* 163.

Jacobaea Ætnica, Isatidis folio molli ac madido flore, medio albo, medio luteo *Bonan. t.* 160. — *Cup. Panph.* (apud Catanam) 1. *t.* 163.

Jacobaea Ætnea &c. *Cup. Hort. Cath. p.* 102. *lin.* 18. 19. 21.

Planta quam maximè polymorpha.

Radix horizontalis, lignosa, fibras albas, numerosas emittens. Caules plures, 1-2pedales et ultra, erecti, angulato-teretes, glabriusculi, foliosi, ramosissimi, infernè purpurascentes. Folia viridia paginâ inferiore pallida, vel utrinque glauca, circumscriptione obovata vel oblonga, integra vel bipinnatifida, exremis per intermedia individua sensim conjunctis,

laciniis tunc linearibus, acutis, distantibus, 3-4uncias longa, tres uncias in maximo incremento lata, alterna, lanulâ rarâ utrinque vestita, margine dentata, subrevoluta: inferiora petiolata, superiora sessilia, amplexicaulia. Corymbi terminales, pedunculis partialibus bracteolatis, bracteis subulatis. Flores lutei, radiati. Calyx glaber, cylindraceus, foliolis aequalibus, conniventibus, linearibus, apice nigris, acutis, squamis ad basin cinctus paucis, brevibus, adpressis, subulatis, apice etiam nigris. Flosculorum discus lineas octo in diametro ferè latus, extra calycem haemisphericè prominens. Ligulae 12-13, patentes, oblongae, calyce longiores, apice vix tridentatae, demum revolutae. Semina oblonga, angulata, villis albida adpressis, sursum versis. Pappus simplex, sessilis. Receptaculum areolatum, areolis mammillatis. Perennis. Fl. hieme et per totam aestatem.

*Conf.* Senec. dentat. *Jacq. Collect.* 5. *t.* 6. *f.*2.

Cataplasmatis forma externè applicatus An-

thelminticum constituit efficacissimum poeres omnes Ætnae incolas, ubi *Erva di S. Petru* vulgo dicitur. Habitat etiam prope Nicosiam *a la Madonna dell' Itria*, et ad ripas Simeti fluminis prope *Paternò*.

75. Seriola *uniflora*: foliis radicalibus, runcinato-pinnatifidis, petiolatis, glabris; caule adscendente unifloro.

Hyeracium Ætnense, minimum, Dentis Leonis foliis obtusis *Cup. Hort. Cath. p.* 96. *Panph.* 2. *t.* 190.

Radix longissimè descendens, ramosa, fusca. Folia omnia radicalia, in coespitem congesta, angusta, depressa, petiolata, glabra, pilis raris persepè ciliata, lyrato-pinnatifida, runcinata, lobis acutis denticulatis, terminali subromboideo. Scapi radicales, spitamei, graciles, adscendentes, simplices, uniflori, purpurascentes, infernè hirsuti, supernè bracteolati, bracteolis lineari-subulatis, appressis, apice fucescentibus. Flores parvi, citrini, ante florescentiam cernui. Calyx simplex etsi

squamis 1-3 caulinis similibus ad basin quandoque cinctus, ferè pruinosus propter villos brevissimos, sub lente tantum conspicuos quibus conspersus. Receptaculum paleaceum, paleis calyce paulo longioribus, apice subulatis. Semina parum incurva, striata. Pappus sessilis, plumosus, uniformis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Habitat in acervis arenarum Regionis apertae M. Ætnae.

76. Seriola *Ætnensis*: hirsuta; foliis obovatis, subdentatis.

Seriola Ætnensis *Sp. pl.* 1130. — *Bertol. Pl. Gen. p.* 105. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 237. — *Lam. Illustr. t.* 656. *f.* 1. — *Gaertn. Fruct.* 2. *p.* 370. *t.* 59.

Seriola urens *All. Ped.* 1. *p.* 230. *t.* 29. *f.* 1.

Hieracium medium, Lactucae folio, villosum, Pulmonariae Gallicae flore *Bon. t.* 150. — *Cup. Panph.* 2. *t.* 3. — *Hort. Cath. p.* 95.

Variat foliis integris et sinuatis.

Frequens in Ætna, & in nostris montibus.

77. Seriola *Alliatae*: foliis radicalibus, spathulatis, dentatis, pilosis; caule adscendente, glabro; pappo stipitato.

T. 7. Herba glauca, Andrialaé (Crep. L.) nemausensis facie. Radix brevis, fusca, subpremorsa, crassitie pinnae anserinae, fibrillas longas, tortuosas exerens. Folia omnia radicalia, in orbem disposita, depressa, pilosa, mollicula, spatulata, in petiolum decurrentia, dentato-sinuata. Caules a semipede ad quindecim pollices usque alti, tenues, adscendentes, ramosi, striati, basi tantum scabri, ad divisionem ramorum et flores versus squamati. Flores lutei, solitarii, terminales, uno alterove laterali abortivo, minimo. Calyx vix imbricatus, foliolis carinâ hirsutis. Semina purpurea, striata, rugosa, apice in pedicellum scabrum attenuata. Receptaculum paleaceum, paleis deciduis, membranaceis, apice subulatis, calyce longioribus. Pappus plumosus, stipitatus, uniformis.

Auspiciis Illustrissimi Equitis, Villafrancae

Principis, D. JOSEPHI ALLIATA, qui Botanices studium nunc inter nos augeat atque promovet, et inter Clarissimos Majores suos illum refert, qui una cum Catholicae Principe pecuniam et operam ad conficiendum Panphyton Cupaneum contulit.

Habitat in Ætnae sylvis et ad sepes umbrosas.

78. Silene *hirsuta*: floribus racemosis secundis; calycibus hirsutissimis; petalis bifidis.

Silena hirsuta *Poiret It.* 2. *p.* 163. — *Dict. Enc. VI. p.* 169.

Silene hispida *Desf. Atl.* 1. *p.* 348.

Lychnis alpina, noctiflora, longis calycibus hirsutis, flore collecto *Cup. Panph.* 1. *t.* 87. — *Bon. t.* 175.

Reperi in cultis prope Catanam.

Habitat in Ætnae arenosis aridis.

79. Silene *sedoides*: pubescens, viscosa, humillima; caule dichotomo; foliis carnosis, imis spathulatis; petalis emarginatis.

Silene sedoides *Wild. Sp. pl.* 2. *p.* 703. —

*Poiret* Dict. *Enc*.7. *p*.180. — *Deſf. Atl.* 2. *adden*. *p*. 449. — Jacq. *Collect*. 5. *p*. 112. *t*. 14. *f*. 1.

Lychnis omnium minima e Monte Argentario *Bocc. Sic. p*. 24. *t*. 12. *f*. 4.

Lychnis marina pumila viscosa alba Alsine folia polyflora *Bonan. t*. 144. — *Cup. Panph*. 1. *t*. 60.

Lychnis marina, pusilla, Alsines folio crasso, minori, glutinoso, polyanthos *Cup. Hort. Cath. p*. 119.

Habitat prope Catanam in rupibus ad maris littora *a l'Ognina e a lu Signuri asciatu*.

80. Silene *nicaensis*: hirsutâ, viscosa; foliis carnosis; superioribus linearibus, canaliculatis, acutis, inferioribus lanceolatis; petalis semibifidis; capsula apice sexentata.

Silene nicaensis *All. Ped*. 2. *p*. 81. *t*. 44. *f*. 2.

Lychnis marina floribus, candidis, subtus purpureis, Auriculae muris foliis *Cup. Panph*. 1. *t*. 158.

Lychnis marina, alba, aversâ parte rubra, viscosa, hirsuta, Auriculae muris fo-

lio crasso, latiusculo, repando *Cup. Hort. Cath.* p. 118.

Glauca, superiori parte viscidiuscula, pilis hirsuta patentibus, articulatis.

Radix longissimè descendens, subramosa, alba. Caulis erectus, teres, articulis inferioribus tumidis, ad basin ramosus, ramis patentibus, adscendentibus. Folia carnosa, connata, infernè ciliata, decussata; superiora lineari-oblonga, acuta, canaliculata, inferiora elliptico-lanceolata. Racemus terminalis, dichotomus, floribus pedunculatis, alternis, fasciculatis, sub diu solis involutis atque nutantibus, intermedio ex dichotomia longe pedunculato. Calyx tubo corollae brevior, costis decem e viridi dilutè purpurascentibus, maturascente capsulâ clavatus, apice 5dentatus, dentibus acutis, ciliatis. Petala semibifida, laciniis obtusis, integerrimis, fauce denticulis obtusis coronata, intus alba, extus e viridi-livido purpurascentia. Antherae virides cum stylis interiori latere pubescentibus exertae. Capsula

ovata, erecta, intra calycem pedicellata, apice sexdentata. Semina laevia, reniformia, lutea.

Habitat in arenosis maritimis prope Catanam, Messanam, et Carenim.

81. Stipa *tortilis*: paniculâ spicatâ, basi involutâ; corollae valvulâ exteriore villosâ; aristis contortis, infernè villosis.

Stipa tortilis *Desf. Atl.* 1. *p.* 99. *t.* 31. *f.* 1. — *Poiret Dict. Enc.* 7. *p.* 450.

Spartium spicâ et setulis tenuissimis, caudam aequinam imitantibus *Boc. Mus. t.* 97. *Scheuchz. Agrost. p.* 152.

Habitat in Ætna et etiam prope Panormum ad aggeres.

82. Sisymbrium *vimineum*: subacaule; foliis lyratis, laevibus; scapis adscendentibus; floribus minutis.

Sisymbrium vimineum *Sp. pl.* 919.

Eruca pumila, sicula, Bursae pastoris folio *Boc. Sic.* 19. *t.* 10. — *Bonan. t.* 45. — *Cup. Panph.* 1. *t.* 34.

Eruca minor Iberidis folio *Cup. Panph.* 1. *t.* 112.

Eruca parva Iberidis folio sicula *Cup. Panph.* 1. *t.* 59.

Eruca sylvestris, minor, lutea, Bursae Pastoris folio *Cup. Hort. Cath. p.* 96.

Eruca Salemitana Iberidis folio Hort.Cath. *Bon. t.* 46. — *Hort. Cath. p.* 70.

Eruca minima, Monspessulana, flore luteo, siliquâ unciam longâ *Chabr. Sciagr.* 276.

Eruca minimo flore Monspeliensis *J. B. Hist.* 2. *p.* 862.

Planta palmaris, glabra, odore et sapore Erucae.

Radix alba, simplex, attenuata, perpendicularis. Folia radicalia in rosulam disposita, viridia, subtus pallida, lyrato-pinnatifida, vel integra, lobis brevibus, obtusis, dentatis. Caules graciles, decumbentes, plerumque simplices, nonnunquam basi ramosi atque foliosi, foliis tunc radicalibus omnino conformibus; Flores parvi, lutei in racemo subinde elongato, laxo, subflexuoso. Calyx erectus vel patulus, basi luteo coloratus, apice viridis. Co-

rolla calyce longior. Stamina tetradynama cum glandulâ nectariferâ inter breviora et pistillum, interque longiora et calycem. Siliquae patentes, compressae, obsoletè quadrangulae, petiolatae. Stylus brevis. Stigma capitatum, oculo armato pubescens.

Reperi in Montibus S. Martini *all'Occhiu* inter vineas.

83. Targionia *sphaerocarpos*; calycibus apice perforatis, univalvibus; fructificationibus aggregatis.

Targionia sphaerocarpos *Gmelin Syst. nat.* 9. *p.* 1353. — *Savi Pis.* 2. *p.* 463.

Sphaerocarpos minima terrestris *Mich. Gen.* 4. *t.* 3. *f.* 2.

Frons circumscriptione orbiculata, sesquiuncialis circiter diametri, terrae instrata, tenuissima, pellucida, dilutè viridis, suprà glomerulo fructificationis obsita, subtus fibrillis albis radicans, margine libero, undulato. Calyces sessiles, inflati, turbinati, confertim, stipatimque aggregati, univalves, apice pertusi, frondi primum concolori, subinde

purpureo-fucescentes. Capsulae fundo calycis insertae, sphaericae, solitariae vel binae, seminibus repletae.

In Ætnae reperi aggeribus umbrosis.

84. Targionia *hypophylla*: calycibus bivalvibus; fructificationibus solitariis.

Targionia hypophylla *Sp. pl.* 1603. — *Viviani Fragm. Ital. &c. p.* 193. — *Lam. Illustr. t.* 877. — *All. Ped.* 2. *p.* 311.

Targionia minima et vulgaris *Mich. Gen.* 3. *t.* 3.

Lichen alter, acaulis, hypophyllocarpos *Col. Ecphrs.* 1. *p.* 331. *t.* 333.

Habitat in Ætnae rupibus rimisque petrarum humidis.

85. Tillea *muscosa*: procumbens, floribus trifidis;

Tillea muscosa *Sp. pl.* 186. — *Lam. Illustr. t.* 90. *f.* 2.

Tillea muscosa, annua, perfoliata *Mich. Gen.* 22. *t.* 20.

Poligonum muscosum minimum *Bocc. Sic. pag.* 56. *t.* 29.

Sempervivum omnium minimum, repens, muscosum, Polygoni facie *Bocc. Mus.* 2. *p.* 36. *t.* 22.

Sedum minimum, muscosum, folio tenuissimo, rubens *Cup. Hort. Cat. p.* 199.

Habitat prope Catanam et Panormum in aggeribus.

86. Thymus *acinos*: verticillis sexfloris, pedunculis simplicibus; caule adscendente, ramoso; foliis acutis, serratis; calyce gibboso.

Thymus acinos *Sp. pl.* 826. — *Curt. Lond.* Ic.

Calamintha arvensis *Savi Pis.* 2. *p.* 62.

Acinos multis *J. B. Hist.* 3. *p.* 259.

Clinopodium Origano simile *Cup. Hort. Cath. p.* 53.

In arenosis Ætnae sylvaticis.

87. Trifolium *incarnatum*: spicis villosis, oblongis, obtusis, aphyllis; foliolis subrotundis crenatis.

Trifolium incarnatum *Sp. pl.* 1083. — *Savi Pis.* 2. *p.* 152. — *All. Ped.* 1. *p.* 305. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 196.

Lagopus major folio trifolii *Dod. Pempt.* 577.

Lagopus maximus Lobelii *Clus. Hist.* 2. *p.* 246.

Trifolium album, incarnatum, spicatum, sive Lagopus maximus *J. B. Hist.* 2. *p.* 376. — *Cup. Hort. Cath.* 217.

Trifolium alopecurum, latifolium, spicâ longâ *Barrel.* Ic. 697.

Habitat in Ætnae arenosis umbratis propè *S. Niccolò dell' Arena*.

88. Trifolium *lappaceum*: capitulis subglobosis, hispidis, dentibus calycinis corollâ longioribus; caule diffuso; foliolis cuneiformibus, retusis.

Trifolium lappaceum *Sp. pl.* 1082. — *Savi* Duo *Cent. p.* 144 — *All. Ped.* 1. *p.* 304.

Trifolium nemorosum, capite ovato, villoso, rubescente, *Barr. Ic.* 871.

Trifolium capitulo glomerato, rigido *J. B. Hist.* 2. *p.* 378.

Habitat inter segetes prope Catanam, Messanam &c.

89. Trifolium *Cherleri*: capitulis globosis, terminalibus, bracteâ rotundatâ subcalyculatis; den-

tibus calycinis setaceis, villosissimis; caulibus procumbentibus.

Trifolium Cherleri *Sp. pl.* 1081. — *Savi Duo Cent. p.* 141. — *All. Ped.* 1. *p.* 305. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 197.

Trifolium glomerulis personatae Cherleri *J. B. Hist.* 2. *p.* 377.

Lagopus minor, supinus, molli et compresso capite *Barrel. Ic.* 859

Trifolium globosum repens *C. B. P. Cup. Hort. Cath. p.* 215.

Habitat in arenosis maritimis propè Carenim. P. Russo.

90. Trifolium *glomeratum*: capitulis hemisphaericis, sessilibus, lateralibus; glabris; dentibus calycinis cordatis, reflexis, venosis.

Trifolium glomeratum *Sp. pl.* 1084. — *Savi Pis.* 2. *p.* 157. — *All. Ped.* 1. *p.* 306. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 200. — *Curt.* Lond. Ic.

Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos rotundis *Pluk. Phyt. t.* 113. *f.* 5.

Trifolium arvense supinum verticillatum *Barrel. Ic.* 882.

Trifolium Epithymi capitulis inter gehicula annuum *Cup.* Hort. *Cath. p.* 216. *et Suppl. alt. p.* 90.

Trifolium humi jacens Epithymi fructu *Cup. Panph.* 2. *t.* 123.

Habitat in Ætnae pascuis.

91. Trifolium *scabrum*: capitulis sessilibus lateralibus ovatis, dentibus calycinis inaequalibus persistentibus rigidis recurvis.

Trifolium scabrum *Sp. pl.* 1084. — *Curt. Lond. Ic.* — *Savi* Duo *Cent. p.* 143. — *All. Ped.* 1. *p.* 306. — *Desf. Atl.* 2. *p.* 199.

Trifolium cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt *J. B. Hist.* 2. *p.* 378.

Trifolium flosculis albis in glomerulis oblongis, asperis, cauliculis proximè adnatis *Vaill. Paris. t.* 33. *f.* 1.

Trifolium minus, capite subrotundo, parvo, albo et echinato *Barrel. Ic. t.* 870.

Trifolium capitulo oblongo aspero C. B. P. *Cup. Hort. Cath. p.* 216.

Habitat in Ætnae campis arenosis.

92. Trifolium *maritimum*: spicis pilosis, globosis, dentibus calycinis foliaceis, demum patentibus; stipulis lanceolatis; foliolis obovatis.

Trifolium maritimum *Smith. Brit.* 2. *p* 786.

Trifolium rigidum *Savi Pis.* 2. *p.* 154.

Trifolium irregulare *Lam. et Dec. Fl. Gal.* 4. *p.* 531.

Trifolium stellatum glabrum *Pluk. Phyt.* *t.* 113. *f.* 4.

Habitat in palustribus maritimis prope Catanam *a Turri d' addegra*.

93. Trifolium *suffocatum*: capitulis sessilibus lateralibus subrotundis glabriusculis, dentibus calycinis lanceolatis acutis recurvis, corollâ longioribus.

Trifolium suffocatum *Mantis.* 2. 276. — *Smith Brit.* 2. *p.* 790. — *Jacq. Hort. t.* 60.

Medica minor terrae adpressa, totâ superficie ad nodos echinata *Cup. Panph.* 1. *t.* 208. *Hort. Cath. p.* 139.

Habitat in Ætnae pascuis siccioribus.

94. Trifolium *spumosum*: capitulis ovatis, calyci-

bus fructiferis ovatis ventricosis glabris, dentibus setaceis recurvis; involucris universalibus membranaceis pentaphyllis; leguminibus subtetraspermis.

Trifolium spumosum *Sp. pl.* 1085.

Trifolium apulum, annuum, rotundifolium, glabrum, foliis maculâ albâ notatis, flore purpurascente, calyce vesicario *Till. Hort. Pis. t.* 49. *f.* 4.

Trifolium caule nudo glomerulis glabris *I. Bauh. Hist.* 2. *p.* 379.

Trifolium capitulo spumoso aspero majus C. B. P. *Cup. Hort. Cath. p.* 215.

Habitat in Ætnae pascuis.

95. Trifolium *agrarium*: spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus sulcatis; caulibus diffusis; foliolis obovatis.

Trifolium agrarium *Sp. pl.* 1087. — *Savi Pis.* 2. *p.* 172. *et ap. Diar. Pis. tom.* VI. *n.* 18. — *Cur. Lond. Ic.* — *Pollich Pal.* 2. *p.* 342.

Trifolium procumbens *Smith Brit.* 2. *p.* 792. *Fl. Dan. t.* 796.

Melilotus agraria *Desf. Atl.* 2. *p.* 193.

Trifolium lupulinum *Riv. Tetrap. Irr.* *t.* 10. *f.* 1.

Melilotus qui Trifolium pratense luteum, capitulo Lupuli vel agrarium *Vaill. Paris.* *t.* 22. *f.* 3.

Trifolium agrarium luteum capitulo Lupuli majus *Cup. Hort. Cath. p.* 217.

Frequens in Ætnae pascuis, pratisque.

96. Triticum *hispanicum*: spicâ secundâ, simplici; spiculis subsexfloris, aristatis, calycibus muticis.

Triticum hispanicum *Mant.* 325. — *Reich. Syst. pl.* 1. *p.* 240. *n.* 8. — *Will. Sp. pl.* 1. *p.* 479.

Triticum festucoides *Bert. Pl. Gen. p.* 25.

Festuca maritima *Sp. pl.* 110. *excl. Scheuchz. syn.*

Reperi in Ætnae collibus arenosis precipuè propè *S. Niccolò dell' Arena*.

97. Triticum *repens*: calycibus subquinquefloris flosculisque acutis, foliis planis, radice repente.

Triticum repens *Sp. pl.* 128. — *Savi Pis.* 1.

*p.* 148. et *Mat. Med. t.* 36. — *All. Ped.* 2. *p.* 257. Leers. *Herb.* 45. *t.* 12. *f.* 3. — *Schreb.* Gram. *t.* 26.

Gramen caninum arvense sive gramen Dioscoridis *Scheuchz. Agrost. p.* 5.

In Sicilia haud obvium.

Reperi in cultis propè Catanam.

98. Valeriana *calcitrapa*: floribus monandris, foliis pinnatifidis.

Valeriana calcitrapa *Sp. pl.* 44. — *Savi Duo Cent. p.* 9. — *Desf. Atl.* 1. *p.* 28. — *All. Ped.* 1. *p.* 1.

Valeriana annua, sive aestiva *Clus.* Hist. 2. *p.* 54.

Valeriana foliis Calcitrapae C. B. P. *Cup. Suppl. atl. p.* 91. *et* Hort. *Cath. p.* 226.

Habitat in Ætna.

99. Vicia *narbonensis*: leguminibus subsessilibus; compressis, subternis, margine ciliatis; foliolis obovaris truncatis, stipulis dentatis.

Vicia narbonensis *Sp. pl.* 1038. — *All. Ped. p.* 327. *Desf. Atl.* 2. *p.* 166.

Vicia serratifolia *Jacq. Austr. app. t.* 8.

Bona sylvestris *Dod. Pempt.* 516.

Vicia narbonensis, maxima, fructu rotundo, atro; foliis serratis *Cup.* Hort. *Cath. p.* 229.

Habitat in Ætnæ cultis.

100. Vicia *pannonica*; leguminibus pedunculatis subternis vexillisque pilosis, stipulis lanceolatis notatis.

Vicia pannonica *Jacq. Austr. t.* 34. — *Wild. Sp. pl.* 3. *p.* 1407.

Vicia sylvestris albo flore *Clus. Hist.* 2. *p.* 235.

Vicia silvestris hirsuta incana flore purpureo *Cup. Suppl. alt. p.* 93.

Vicia sylvestris hirsuta incana *Cup. Hort. Cath. p.* 229.

Habitat in Ætnae pascuis, pratisque.

F I N I S

DABAM PANORMI DIE 2. DECEM: 1807.

## ERRATA. EMENDANDA.

Pag. 7. lin. 6. adde n. 7.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 10. | — 19. | praecasso | *lege* | praecrasso |
| 14. | — 18. | suhirsutá | *lege* | subhirsutá |
| 24. | — 1. | leondontoides | *lege* | leontodontoides |
| 25. | — 14. | Capsulá | *lege* | Capsula |
| 29. | — 6. | subtu | *lege* | subtus |
| 30. | — 1. | Hesporis | *lege* | Hesperis |
| 31. | — 22. | areneoso | *lege* | araneoso |
| 36. | — 16. | pagina | *lege* | paginâ |
| 42. | — 18. | laevitet | *lege* | laeviter |
| 46. | — 8. | Epist. | *lege* | Epit. |
| 51. | — 10. | adde n. 72. | | |
| 51. | — [illegible] | n. 72. | *lege* | 73. |
| 52. | — 9. | n. 73. | *lege* | 74. |
| 59. | — 15. | sexentata | *lege* | sexdentata |

T. 1.



*Anthemis fuscata*

*ncher del. e inc.*



Anthemis secundiramea

T. 3.



*Marchantia glauca*

T. 4.



*Ophrys tenthredinifera*

T. 5.



*Ophrys lutea.*

T. 6.



*Orchis undulatifolia*

T. 7.



*Seriola Alliata.*